



450 Rarbook
QK225
S82
1797
t.1

Dr Engelmann

Alouij 1813

OLAVI SWARTZ

M. D. PROF. INSTIT. BERG. ACAD. CAESAR.
NAT. CVR. REG. HOLM. ETC.
SODALIS

FLORA

INDIAE OCCIDENTALIS

AVCTA ATQVE ILLUSTRATA

SIVE

DESCRIPTIONES PLANTARVM

IN PRODROMO RECENSITARVM.



TOMVS I.

ERLANGAE

SVMTV IO. JACOBI PALMII MDCCCXXXVII.

venditur etiam 1797

LONDINI apud BENJ. WHITE et FILIVM.

ILLVSTRISSIMAE

REGIAE

SOCIETATI

SCIENTIARVM

LONDINENSI

SACRVM ESSE VOLVIT

AVCTOR.

B. L.

Vides demum fructum diutini in Scientia Botanices amplificanda laboris. Septem annorum spatium jam praeteriit, ex quo Prodromum edidi plantarum, et quidquid novi et reconditi in calidioribus terris quaternis fere aestatibus commoranti mihi observare licuit, in lucem protuli. Ultima huic scripto lima, accuratior inventorum explanatio, adhuc defuerat, quam praesenti opere adhibere statui.

Primam hanc cum orbe Botanico jam communico descriptionum longius desideratarum partem, quam quidem primo quoque tempore subsequenter duae reliquae.

Apparet ex his, me vestigia licet virorum Celeberrimorum PLUMIERI, SLOANEI, BROWNEI et JACQVINI premenrem,

opimam tamen collegisse messem multo sudore, cuique zonam torridam lustraturo perferendo.

Studiose et libenter quodcunque in scriptis Auctorum jam laudatorum adhuc fortassis obscurum vel ambiguum visum fuerit, planius pleniusque exposui; et religio mihi fuit, inventionis quadam laude Illos defraudare. Grate insuper eorum in Prodromo memini, qui sua meam sublevarunt operam. Botanophilis tamen, cursum in easdem mundi plagas posthac directuris, multa adhuc restant, vel in rebus dudum detectis, vel relatis, illustranda.

Eandem, quam Prodromus sequitur, in classibus *diclinis* exterminandis jam quoque ingressus sum viam, ductus vegetabilium australium frequentibus, quas colligere necessum fuit, observationibus; quibus accedunt pridem observatae in regionibus septentrionalibus plures earundem classium plantae, idem digito quasi

demonstrantes. Quaedam hic memoratae species, quin immo genera, post meum in Europam reditum, vel ab aliis Peregrinatoribus, vel in singularibus celebratissimorum Botanicorum libris memoriae prodita et iconibus collustrata sunt. Velut synonyma, quatenus haec invenire primum mihi contigit, eadem a me in medium proferuntur.

Postremo, majus quoque daturus lumen characteribus sic dictis essentialibus Generum a me allatorum, Tabulas adjecti ad modum TOURNEFORTII et PLUMIERI, quorum exemplar antea imitati sunt MILLERVS et FORSTERI.

Desiderio adamatae scientiae inserendi incensus, naturam verumque investigando, quantumcunque potuerim praestiti. Spero itaque, fore, ut gratiam potius a bonis omnibus hujus Scientiae Cultoribus ineam, quam ut Theonino dente rodar a lividis, qui censoria quadam virga et gravitate, sed fal-

sis plerumque criminationibus, rudiores
 in auctoritatem suam adducere student.
 Non ego is sum, qui ex omni me exi-
 mam culpa erroris, peregrinanti investi-
 gatori, summa licet adhibita cautione,
 interdum inevitabilis; pro eo autem ac-
 mereor, aequissimam hanc expeto ma-
 ximarum molestiarum mercedem, ut be-
 nigno vultu, et animo excipiar.

— — — si quid novisti rectius istis,
 Candidus imperti, si non, his utere me-
 cum."

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

sylve- AMOMVM, scapo nudo, spica elon-
stre. gata, bracteis oblongis ventricosis,
foliis lato-lanceolatis. *Prodr.* p. 11.

Zingiber sylvestre majus, fructu in pe-
diculo singulari. SLOAN. *Jam.* 67.
bist. I. 165. t. 105. f. 2.

Amomum scapo florifero partiali aphyll-
lo, — spica longiori. BROWN.
Jam. 113. —

Habitat in sylvis subhumidis *Jamaicae*
occidentalis. 24.

Radix ramosa, crassa, carnosa, dura, insipida.

Caulis 4-8-pedalis, herbaceus, simplex, teres —
erectus, foliosus, glaber.

Folia lato-lanceolata, bipedalia, glabra, paral-
lele striata, integra, petiolis vaginantibus. *Va-*
ginae membranaceae.

Scapi radicales, caule dimidio breviores, vestiti
vaginis alternis, arctis, lanceolato-ovatis, retu-
sis, striato-glabris, saepe purpurascens; ad
basin vaginarum subarticulati.

Spica terminalis, pedalis, bracteata:

Bracteae imbricatae, oblongae, striatae, glabrae, ventricosae, coloratae.

Flores bracteis vix longiores, flavi, inter singulas bracteas singuli.

Perianthium 3-dentatum, membranaceum, coloratum; *dentes* subaequales, obtusi.

Corolla tubulosa, calyce longior. *Tubus* brevis.

Limbus duplex; *exterior* tripartitus: *laciniis* oblongis, erectis; *duae* superiores parum minores, *tertia* ovata indivisa. *Interior* (l. *nectarium*) bilabiatus; *labio inferiore* lacinae tertiae limbi exterioris inserto, illa minore, suberecto integro; — *superiore* erecto, antherifero, altero brevior.

Filamentum nullum, sive labium sup. limbi interioris. *Anthera* magna, inserta, apice emarginata, medio sulcata, quasi duplex.

Germen oblongum, sub-3-gonum. *Stylus* filiformis — longitudine filamenti, per sulcum antherae ductus. *Stigma* capitatum, apice antherae incumbens, depressum, pubescens.

Capsula magna, infera, subrotunda, trigona, carnosa, 3-locularis, 3-valvis, basi tripartibilis, calyce coronata, matura nigra, polysperma.

Semina plurima, angulata, sub-4гона, obtusa, — glabra.

Obs. Februario et Martio florentem inveni.

Distinguitur ab *Amomis* caeteris:

Scapis brevioribus; *Spicis* longis bracteatis;
bracteis ventricosis:

Lacinia tertia limbi exter. corollae integra.

Quantum a *Costo arabico* L. differat, cujus synonymon olim putatum, e descriptione et caract. generico *Costi* patet. — *Obs. bot.* p. 3. —

Ex mente Cel. GIESEKII, RETZII etc. illam partem Corollae, quae *Nectarium* LINNAEI est, *Limbum* appellavi *interiorem*. Ob analogiam vero summam cum Orchidibus, nectarium non inepte dicitur; ceteris partibus corollae saepe tenerius et fugacius. Particulae ad basin germinis s. styli, *nectaria* dictae, tubulosa, carnosa, callosa, cylindrica etc. quibus plures *Scitamineae* instructae sunt, in quibusdam non reperiuntur.

glabra- COSTVS, foliis utrinque glabris,
tus. spica pauciflora, squamis — apice
 foliaceis, summis fastigiatis. *Prodr.*
 p. II.

Costus. LINN. *Hort. Cliff.* 2. descr. —

Planta. MERIAN. *Sur.* t. 36.

Habitat in *India occidentali*. In humidis
 sylvarum Insulae *S. Luciae*. (MASON.)
Surinami. (MERIANA.) 24

Radix perennis, nodosa, carnosa.

Caules plures, sesquipedales, subgeniculati, erecti,
 simplices, vaginati, teretiusculi, glabri.

Folia breviter petiolata, oblonga, basi attenuata,
 apice acuminata, integra, nervosa, lineata,
 glaberrima, saturate viridia.

Petioli brevissimi, vaginati.

Vaginae cingentes, anticae obtusae, striatae,
 lineatae, membranaceae, virides.

Spica terminalis, conica, compacta, pauciflora,
 imbricata: *squamis* (f. Bracteis) spathaceis —
 subcoriaceis compressis, ferrugineis, foliolis
 terminatis, summis fastigiatis.

Flos ex singula squama unicus, vix pollicaris —
 niveus.

Calyx tubulatus, tridentatus: *dentes* breves, ere-
 cti, — obtusi, persistentes.

Corolla tubo parum gibbo, brevi. *Limbus* duplex: *exterior* 3-partitus: *Laciniis* subaequalibus oblongis obtusis glabris; *interior* (l. *nectarium*) tubulosus, ventricosus, bilabiatus: *Labium superius* angustum, apice truncatum, subcrenatum, reflexum, antheriferum; *inferius* amplissimum ventricosum, per totam longitudinem fissum, versus basin sensim angustatum, antrorsum propendens, undulatum, medio macula lutea notatum.

Filamentum nullum. *Anthera* labio limbi interioris medio adnata, longitudinaliter sulcata.

Germen inferum, oblongum. *Stylus* filiformis — sulco antherae insertus. *Stigma* capitatum, retusum.

Capsula —

OBES. A *Costo arabico* LINN. distinguitur:

Glabritie, foliis et spicis foliatis.

Haec species est quam in *H. Cliff.* descripsit Ill. LINNEVS, autoptis relinquens an una eademque planta sit cum *Costo* ex India orientali; quem pluribus notis distinctum esse, recentiori innotuit aevo, cujusque synonymon absque dubio est: *Tsjana kua* RHEED. *mal.* 11. t. 8. *Banksia speciosa* KOENIGII sive *Costus speciosus*. *Act. soc. Linn. Lond.* 1. p. 249.

Spica- **COSTVS**, foliis utrinque glabris,
tus. spica multiflora subovata arcte im-
bricata: squamis ovatis simplicibus.

Prodr. p. 11.

Alpinia spicata. *Jacq. amer.* p. 11. t. 1.
(descr. bona.) *M V R R. S. V.* p. 51. 2.

Costus arabicus. *A V B L. Guian.* p. 2.

Habitat in *Indiae occidentalis* humidis
montosis: *Martinica* ad ripas herb.
torrentium. (JACQUIN.) *Inf. St.*
Christophori. (MASSON.) *Jamaica.*
Ipse. 4.

Radix perennis, ramosa, carnosae, albida.

Caules erectiusculi, pedales, subgeniculati, sim-
plices, foliosi, teretes, glabri.

Folia oblonga acuminata basi angustiora — in-
tegerrima, sublineata, nitida, utrinque glabra.

Vaginae cylindratae, glabrae, petiolo bre-
vissimo tereti sub foliis terminatae.

Spica terminalis, conica, imbricata, multiflora.

Bractae l. *squamae* coccineae, subcoriaceae,
ovato-oblongae, acuminatae concavae
glabrae, imbricatae, uniflorae.

Folia floralia sub spica saepe quaterna.

Flores intra bracteas solitarii, unciales flavi.

Perianthium tubulosum 3 - fidum, persistens — superum: *Laciniae* acutae, erectae, minutae.

Corolla tubulosa incurva, subringens. *Tubus* oblongus, calyce paulo longior. *Limbus* duplex: *exterior* 3 - fidus, tubo longior: *Laciniis* lanceolatis, concavis — erectis, posteriore lateralibus incumbente. *Interior*, (l. *nectarium*,) tubulosus, 2 - labiatus. *Tubus* faucis corollae infidens, ventricosus, superne per totam longitudinem fissus. *Labium superius* lanceolatum, erectiusculum, apice fimbriatum — antheriferum. *Labium inferius* magnum, undulatum, obtusum, sub 3 - fidum, antrorsum inter lacinias laterales limbi exterioris propendens.

Filamentum nullum, sed lab. sup. limbi interioris, cui adnata *Antbera* lineari - oblonga, longitudinaliter bipartita.

Germen subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, fulco *Antherae* incumbens. *Stigma* capitatum, compressum, corpusculis duobus glandulosis subtus instructum.

Capsula obsolete 3 - gona, coronata, 3 - locularis 3 - valvis.

Semina plura, oblonga, angulata in pulpa molli nidulantia. (JACQUIN.)

Monandria.

obs. Differt a *Costo arabico* L.

Glabritie, bracteis coloratis, Labio sup.
limbi interioris fimbriato.

a *C. glabrato*:

Bracteis spicae ovatis simplicibus.

Floret Sept. Octobri.

Praeter *Labium inferius* Nectarium maximum pro-
pendens, inflorescentia differunt *Costi*, Spica nem-
pe imbricata, caulem foliosum terminante, nec sca-
po distincto, ut in *Amomis*, nec floribus race-
mosis, ut in *Alpinis*. *Alpinia spicata* JACQ. igi-
tur, ut species naturalis, ad *Costos* reducenda.

occiden. talis. ALPINIA, racemo radicali compositi-
to erecto; labio inferiore — lim-
bi interioris apice emarginato; fo-
liis lanceolato - ovatis glaberrimis.

— *Prodr.* p. 11.

Alpinia jamaicensis. GAERTN. *sem.* I.
p. 36. t. 12.

Habitat in subhumidis sylvarum mon-
tium *Jamaicae*, *Hispaniolae*, etc. 4.

Radix racemosa, tuberculosa, carnosae.

Caulis orgyialis, herbaceus, simplex foliosus te-
res, subcompressus, striatus, glaber.

Folia ovato - lanceolata, acuta, basi in petiolos
brevissimos inferne vaginantes desinentia, le-
viter nervosa, integra, glaberrima, submem-
branacea. *Vagina* petiolorum longa glabra.

Scapus longitudine caulis, prope caulem pro-
veniens distinctus, teres, subvaginatus, glaber.

Racemus terminalis, spithameus, compositus,
erectus.

Racemuli alterni, deflexi, multiflori, pubescen-
tes; *pedicellis* secundis, alternis, unifloris,
brevibus; *bracteis* membranaceis, scariosis,
minutis inter flores.

Perianthium superum, 3-partitum, obtuse 3-go-
num: — *Laciniae* breves, ovatae, obtusae,
glabrae, coloratae.

Corolla tubulosa, lutea l. pallida. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* duplex: *exterior* 3-partitus; *laciniis* ovato-oblongis, convexis, erectiusculis; *interior* (l. *Nectarium*) bilabiatus: *Labium inferius* limbum exteriorem superans, gibbum, convexum, venosum, apice emarginatum, basi ad latera denticulo utrinque auctum; *superius* ab inferiore inclusum, denticulisque ejus amplexum, brevissimum, antheriferum.

Filamentum nullum; sed *labium sup.* Limbi int. — ejus vices gerens, cui *Anthera* adfixa, magna, apice emarginata, medio e sulco longitudinali pollinifera; alba.

Germen obtuse 3-gonum, glabrum. *Stylus* filiformis, longitudine labii superioris; *stigma* emarginatum, villosum, sub anthera.

Capsula coriacea, subovata carnosae, 3-gona — 3-locularis, 3-valvis, calyce coronata, matura rubra, intus pulposa; polysperma.

Semina 2-3 singulo loculo, ovata, basi truncata, lutea.

o b s. Floret toto anno, praecipue Vere.

Diversissima ab *Alpinia racemosa* L.:

Caule folioso a *Racemo radicali composito* distincto.

Labio inferiore Limbi interioris apice emarginato.

Ab *Amomis* differt *inflorescentia racemosa*.

*jamai-
cense.* CYNOMORIVM, stipite — squa-
moso, amento elongato, squamis
imbricatis dimidiatis rhomboideis.

Prodr. p. 12.

Cynomorium erectum breve cylindricum
nudum, prima aetate squamatum.

BROWN. *jam.* 334.

Habitat in *Jamaicae* sylvis montosis ve-
tustis. *Parasitica* radicum.

Radices deformes tuberculosae, crassae, fungo-
sae, substantia Boleti Igniarii, suberosae, ferru-
gineae, siccae fragiles.

Stipites breves, squamosi, 5 - 6 - goni.

Amentum stipite 2 - 3 - plo longius, oblongum, squa-
mis tectum.

Squamae inferiores angustiores, magis acumi-
natae carinataeque; superiores latae, quadra-
tae l. rhomboideae dimidiatae, margine in-
feriori amento insertae, acutae, integrae,
convexae, subtus caevae, glabrae, fuscae, de-
ciduae. Squamis deciduis Amentum figuris
quadratis undique tegitur, saturate sanguineum.

Flores monoici?

Paleae compactissimae, filiformes, clavatae, ere-
ctae, albo - purpureae aequales, totum amen-

tum Typhae instar tegentes, inter quas flores erumpunt 3 - goni.

MASC. Cal. paleae.

Corolla 3 petala. *Petala* clavata, obtusa, concava, carinata, purpurea, marcescentia.

Filamentum unicum, tubulosum, crassum, longitudine petalorum. *Anthera* 3 - valvis ex basi interne dehiscens: valvulis margine sanguineis. *Pollen* album.

Pist. rudimentum triangulare acutum intra tubum staminis.

FEMINEI flores mihi non visi.

ORS. Diversum a MICHELII: figura squamarum et palearum.

Cayanense. CYNOMORIVM, stipite nudo, amento subgloboso, — squamis subrotundis peltatis.

Habitat in *Cayenna*. Parasitica. (VOR ROHR.)

Radix repens, ramosa ramulorum instar rigida. *Stipes* 2 - 6 - uncialis, teres, crassitie pennae anserinae, glaber, striatus.

Involucrum volvae simile, 4 - phyllum, amentum prima aetate includens, stipiti versus radicem insidens.

Foliola parva, lata, acuta, decidua.

Amentum terminale, subglobosum, squamosum, floribus tectum.

Squamae parvae, peltatae, subrotundae, compressae, supra convexae, acumine centrali, crassiusculae, deciduae.

Flores monoici.

Masculi in amentum cum femineis digesti.

Calyx: *Amentum*. *Paleae* numerosissimae, filiformes, compactae inter flosculos.

Cor. *Petala* tria, lanceolata, obtusa concava.

Filamentum unicum, corolla duplo longius tubulosum. *Antbera* 3 - valvis (quasi tres connatae) intus pollen effundens.

Pist. rudimentum intra tubum filamenti,

Feminei mixti in eodem amento, pauciores.


Corolla vix ulla?

Germen oblongum minutissimum, apice subdentulatum. *Stylus* unicus s. duo — longitudine palearum, filiformis, deciduus. *Stigma* crassiusculum.

Semen minutissimum, oblongum intus albidum, cuticula fusca germinis inclusum.

o b s. Ab hoc genere non separandum.

Brosimum



Lithophila



B R O S I M V M.

Character naturalis

vid. SCHREB. gen. plant. n. 1486.

Charact. essentialis:

Dioicum.

MASC. *Amentum* globosum undique tectum

Squamis peltatis.

Per. o. *Cor.* o.

Filamenta solitaria inter squamas erumpentia.

FEM. *Amentum* maris.

Stylus unicus, bifidus.

Drupa (*Bacca*) monosperma.

Locus post *Artocarpum*.

Ord. nat.

JUSS. *fam. pl.* Pl. incertae sedis: Apetalae, diclines, germine supero.

Etymon a Graeca voce *Βρωσιμος*, *esculentus*, fructus enim assatus loco panis adhibetur apud Jamaicenses.

Obs. Genus difficile dictu cuius sit ordinis naturalis: forte ejusdem ac *Trophis*, cui affinis habitu, forma et venositate foliorum, inflorescentia, fructu, lactescentia totius arboris, et q. s. r. vid. *Obs. bot.* p. 372.

Tab. I. delineantur partes, quae Characterem
essentialem generis constituunt, a *Brosimo Alicastro* sumtae.

- a.* Flos l. Amentum maris } magnitudine
b. — — — feminae } naturali.
c. Amentum maris — magnitud. aucta.
d. Squama Amentum tegens m. a. *e.* Eadem.
 m. n.
f. Stamen Anthera lamellis contiguis }
g. — — — dehiscentibus } m. a.
h. Eaedem partes. m. n.
i. Pistillum. m. a. *k.* Idem. m. n.
l. Bacca corticosa et m. Nucleus — m. n.

Alica. **BROSIMUM**, foliis ovato-lanceolatis perennantibus; amentis globosis pedicellatis binis axillaribus; — fructu corticoso. *Prodr.* p. 12.

Alicastrum arboreum, foliis ovatis alternis, fructibus solitariis. **BROWN.**
jam. 372.

Habitat in *Jamaicae* campis et collibus elevatioribus. *h.*

Arbor excelsa.

Truncus teres, glaber, cortice cinereo.

Rami laxi, deflexi, subdivisi.

Folia petiolata, alterna, elliptica, 3 - 4 - uncialia (in junioribus ovato-lanceolata) acuminata apice obtuso, integerrima, glabra nitida, pulchre venosa, perennantia, rigidiuscula, sempervirentia.

Nervi foliorum subhorizontales, venis ad marginem communicantes arcuatis, postice albicantibus.

Petioli teretiusculi, subcompressi, crassi, glabri.
Flores dioici, amentacei.

Amenta pedicellata, plerumque bina, opposita in axillis foliorum terminalium, globosa.

Pedicelli petiolis breviores, teretes, glabri.

MARES.

Cal. Amentum globosum, pedicellatum, magnitudine pisi majoris, undique tectum:

Squamis imbricatis, minutis orbiculatis peltatis, margine ciliatis, pellucidis, deciduis; tribus ad basin amenti majoribus, squamulisque aliis minoribus, prioribus tectis, forma irregulari, inter quas erumpunt:

Filamenta plerumque solitaria, brevissima, teretia, pellucida. *Antherae* bilamellatae, flavae: Lamellae l. valvulae peltatae, inferior a superiori dehiscens. - *Pollen* globulare, albidum.

Germen superne in amento spongioso inclusum, minimum, ovatum, abortiens. *Stylus* unicus, erectus apice bifidus. *Stigmata* reflexa, simplicia.

FEMINAE in diversa arbore.

Amentum maris simile, squamosum.

Germen globosum (ipsius corpus amenti) piperis magnitudine. *Stylus* medio — ex germine superne ortus, longus, bifidus.

Stigmata simplicia, aucla, parum reflexa.

Bacca pedicellata, sphaerica, corticosa, unilocularis, monosperma, ex cicatriculis squamarum superficie inaequali, matura fusca.

Nucleus bilobus s. 2-partibilis, membrana tenui cinctus, albissimus, magnitudine nucis

moschatae minoris, latere cotyledonem ex-
ferens.

o b s. Arbor elegans, altissima, utilissima in re
oeconomica. Medulla arboris durissima.

Tota liquorem lacteum tenacem, gummosum
abunde fundit.

Folia et ramuli teneriores omnibus animalibus
herbivoris grata; adultiora succo subcor-
rosivo noxia.

Fructus coctus l. assatus, panis loco optime ad-
hibetur, sapore fere Avellanae.

Floret a Majo in Augustum.

Nomen angl. Jamaic. *Breadnuts.*

Spurium. BROSIMUM, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, amentis subsessilibus ovatis axillaribus geminis, fructu molli. *Prodr.* p. 12.
Arbor foliis oblongis glabris alternis. BROWN. *jam.* 369. 8.

Habitat in *Jamaica septentrionali* cum praecedente. h.

Arbor alta, 50 - pedalis.

Truncus erectus, laevis cortice ex albido - cinereo.

Rami summo trunco terminales, laxiusculi.

Folia petiolata, lanceolato - ovata acuminata, alterna, integerrima, glabra nervosa, tenuiora (nec ut in *Alicastro* crassiuscula.) *Petioli* breviusculi.

Flores amentacei, dioici.

MARES non vidi.

FEMINAE in axillis foliorum, subsessiles plerumque geminae nec oppositae.

Amentum oblongum, imbricatum, magnitudine piperis minoris, squamosum.

Squamae cordatae acutae concavae, submembranaceae, glabrae, basi adfixae.

Germen ovatum, squamis inclusum. *Stylus* filiformis, bipartitus. *Stigmata* attenuata, simplicia, erectiuscula.

Bacca mollis, glabra, oblonga, monosperma.
Nucleus 2-lobus, nauco fragili tectus.

o b s. Distinguitur a priori:

Colore corticis, ramis laxis, foliis angustioribus et tenuioribus.

Omnes partes arboris lactifluae, succo acri.

Folia a pecoribus non eduntur.

Fructus inutilis. Lignum durum, aestimatum.

Nomen Jamaicensium: *Bastard Breadnut* et *Milkwood*.

In parte australiore Jamaicae, neque haec neque illa occurrunt.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Caribaea. CHIONANTHUS, paniculis trichotomis, floribus ultimis subcapitatis, calycibus villosis, foliis lanceolato - oblongis; antheris acuminatis.

C. compacta. Prodr. p. 13. VAHL.
symb. 2. p. 1.

C. caribaea. JACQ. coll. 2. p. 110.
t. 6. f. 1.

Cerantbus. SCHREB. gen. pl. n. 37.

Habitat in *Insulis Caribaeis*; *St. Crucis* (VON ROHR;) *Nevis*. (MASON.) h.

Arbor vigintipedalis.

Rami teretiusculi, inaequales subverrucosi, cortice cinereo, subdivisi, erecti, versus apices subangulati.

Folia opposita, petiolata sparsa, lato - lanceolata, apice attenuata, leviter recurva, integra, glabra, venosa, rigida, palmaria.

Flores paniculati.

Paniculae terminales: ramis oppositis decussatis, patentibus, erectis, trichotomis.

Pedunculi elongati, trifidi: floribus terminalibus, ubique 3 confertis, subsessilibus, albidis.

Braeteolae in pedicellis ad basin solitariae, lineari - subulatae, patententes.

Calyx minutus ($\frac{1}{2}$ linearis) 4 - dentatus, villosus: dentes breves, acuti.

Corolla monopetala, profunde 4 - partita, ut potius petala 4 linearia, basi dilatata — concavaque, patentia, longissima (pollicaria); duo opposita.

Filamenta duo brevissima basi petalorum inserta.

Antherae lanceolatae, apice membranaceae.

Germen superum, ovatum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* obtusum. (2 - fidum?)

Drupa (magnitudine Olivae) unilocularis, oblonga, glabra, matura nigra. —

o b s. Diverſa a *C. virginica*:

Foliis laurinis, craſſioribus, acuminatis;

Paniculis compactioribus, erectis: *floribus* numerosioribus ſubcapitatis, *laciniis* ad basin corollae diviſis, anguſtioribus.

a *C. zeylanica*:

Foliis apice attenuatis; corollae *laciniis* longiſſimis.

incrassata. CHIONANTHVS? paniculis ramis
 decussatis fastigiatisve: ultimis tri-
 floris, corollis 4 - gonis, laciniis
 erectis incrassatis, foliis oblongis.
Prodr. p. 13.

Habitat in sylvis montium altissimo-
 rum Jamaicae. h.

Arbor trunco excelso, cortice laevi cinereo: ra-
 mis erectis, laevibus.

Folia petiolata, opposita, oblonga, acumine bre-
 vi obtuso, integra nervosa, aenea subcoriacea
 utrinque glabra, inferne, pallidiora.

Petioli longiores, subtus teretes, supra plani,
 laeves.

Flores paniculati.

Paniculae terminales, erectae, patulae, peduncu-
 lis oppositis decussatis fastigiatis, subdivisis, ul-
 timis trifloris; floribus pedicellatis, deciduis.

Perianthium 4 - dentatum, minimum: dentibus
 erectis.

Corolla alba. *Tubus* brevissimus 4 - gonus, patens.

Limbus 4 - partitus: *Laciniis* tubo duplo longio-
 ribus, erectis patentibus, teretibus, subclavatis.

Filamenta nulla. *Antherae* duae, tubo prope fun-
 dum insertae, subrotundae, basi 2 - fidae, pro
 insertione pistilli, albae.

Germen superum, subrotundum. *Stylus* longitudine antherarum. *Stigma* subrotundum, crassiusculum.

Fructus ignotus; (in germine bilocularis videbatur.)

Obs. De fructu adhuc dubius, hanc a *Cbionan-
zbo* separare nolui.

Floret mense *Julio*. Corollae a calycibus persistentibus separatae, copiose deciduae supra terram sparguntur.

nitida. JUSTICIA, fruticosa, foliis ellipticis acuminatis, racemis spicaeformibus verticillatis, bracteis minutis, pedicellis calycibusque glabris. *Prodr.* p. 13.

Justicia nitida. JACQ. *amer.* p. 5.

Teucroides filiculosum, foliis laurinis, floribus galeatis et labiatis. SLOAN. h. 1. t. 10. f. 2.

Habitat in *India occidentali*: in sylvis montium *Jamaicae*, *Christophori*. h.

Fruticulus erectus, 3 - 4 - pedalis, ramosus.

Caulis laevis; ramis glaberrimis nitidis.

Folia petiolata, opposita, elliptico-lanceolata, utrinque attenuata, integra, prope apicem subcrenata, glabra, nitida, subinde rigidiuscula.

Flores racemoso - spicati.

Spicae l. *racemi* spicaeformes, terminales, axillares, elongati.

Pedunculi communes axillares, oppositi, foliis longiores, ancipites; *partiales* subverticillati; inferioribus subdivisis, superioribus simplicibus, unifloris.

Bractae simplices, subulatae.

Corollae rubrae et albae.

Perianthium 5 - partitum: *Lacinis* subaequalibus, brevibus, subulatis.

Corolla 2 - labiata, ringens, semiuncialis, incurva. *Labium* superius bifidum, inferius 3 - partitum.

Filamenta 2. longitudine tubi. *Antherae* geminae, parallelae.

Alia 2 filamenta sterilia in fundo corollae.

Germen oblongum, compressum. *Stylus* — filiformis. *Stigma* supra corollam, simplex.

Capsula oblonga subcompressa basi attenuata, subpedicellata, 2 - locularis — 2 - valvis: *dissepimento* elastice dehiscens.

Semina compressa, subrotunda.

arma- JUSTICIA, fruticosa, aculeata, fo-
ta. liis oblongis emarginatis coriaceis
 nitidis. *Prodr.* p. 13.

Habitat in rupibus montium *Jamaicae*
 septentrionalis. h.

Caulis fruticosus, 3 - 4 - pedalis, teres, subra-
 mosus.

Folia breviter petiolata, cuneato - ovata, emargi-
 nata, nervosa, coriacea, nitida.

Aculei gemini, suprafoliacei erecti, spinaefor-
 mes, petiolis longiores.

Flores axillares, solitarii, pedunculati, coccinei.

Calyx minimus, 5 - partitus: *Lacinii* acutis li-
 nearibus.

Corolla ringens. *Tubus* gibbus. *Limbus* bilabiatus.

Labium superius bifidum, inflexum; *inferius* 3 -
 fidum: duae laterales acutae, media reflexa.

Filamenta duo subulata, sub labio superiori re-
 condita. *Antherae* ovatae, basi emarginatae.

Germen turbinatum. *Stylus* simplex, staminibus
 brevior. *Stigma* indivisum.

Capsula oblonga; elongata, acutiüscula, basi an-
 gustata, 2 - locularis, 2 - valvis.

Semina subrotunda, nigra.

OBS. Non confundenda cum *J. spinosa*. L. cui:
Rami virgati, *Folia* ovata, talciculata, *Spinae*
 etc. — *Obs. bot.* p. 12.

acicu- JUSTICIA, fruticosa, diffusa spino-
laris. sa, spinis setaceis, floribus pedun-
culatis axillaribus solitariis. *Prodr.*
p. 13.

Habitat in calcareis fruticetis *Jamaicae australis.* h.

Fruticulus pedalis.

Caulis ramosus; divaricatus, teres, scabrosus:
Ramis declinatis, flexilibus, longis, tetragonis,
tenuibus, glabris.

Folia petiolata, opposita ovata minora, apice acu-
mine brevissimo, integra, venosa — utrinque
glabra.

Petioli brevissimi.

Spinae oppositae, setaceae, intra petiolos ver-
sus anteriora insidentes, foliis breviores, pa-
tentes.

Flores pedunculati, axillares, solitarii l. spinis
oppositi, l. duo oppositi, parvi, albidi.

Pedunculi longitudine petiolorum.

Perianthium ad medium 5-partitum: *Lacinis*
linearibus, acutis, erectis.

Corolla ringens. *Tubus* basi paulo dilatatus, me-
dio antice curvus, faucem versus ampliatus.

Limbus 2 - labiatus. *Labium sup.* 2 - fidum; *inferius* trifidum; laciniis patentibus, aequalibus ovatis obtusis integris.

Lac. superiores paullo latiores, approximatae.
Faux nuda.

Filamenta duo, medio tubo inserta. *Antherae* infra faucem oblongae, caeruleo-virescentes.

Germen oblongum. *Stylus* filiformis erectus, corolla longior. *Stigma* 2 - partitum.

Capsula pedicellata, acuminata, oblonga, 2 - locularis, *valvulis* ungue elastico dehiscentibus.

Semina plurima, nigra, compressa, minuta.

Ob s. Floret Decembri.

Distincta spinis longis setaceis.

pectoralis. JUSTICIA, caule herbaceo — adscendente, foliis lanceolato-linearibus, spicis terminalibus subpaniculatis. *Prodr.* p. 13.

f. pectoralis, annua, panicula dichotoma. JACQ. *amer.* p. 3. t. 3.

Dianthera pectoralis, panicula dichotoma terminali. MURR. *S. veg.* 64.

Dianthera foliis lanceolatis, floribus spicatis, calycibus duplicatis. BROWN. *jam.* 118.

Habitat in subhumidis fruticetis et saxosis *Indiae occidentalis*; *Jamaicae*, *Hispaniolae*, *Martinicae*. 24.

Planta pedalis, herbacea, caespitosa.

Radices perennes, filiformes, ramosae.

Caules adscendentes, ramosi, geniculati, foliosi, teretes, glabri.

Rami simplices.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-linearia, acuminata, integra, nervosa, glabra.

Spicae terminales, subpaniculatae, pedunculis patentibus: *floribus* secundis, sessilibus, purpureis.

Cal. duplex: *exterior* triphyllus, foliolis minutis linearibus acutis glabris; *interior* monophyllus

ad basin 5-fidus: *Laciniis* longitudine foliolorum calycis exterioris, acutis erectis linearibus.

Cor. monopetala, ringens, 2-labiata. *Tubus* teres, longitudine dupla calycis, albus. *Labium superius* paullum fornicatum, indivisum, apice lateribusque compressum; *inferius* patens, dilatatum, 3-partitum, infra carinatum, concavum, supra fauceque gibbum. *Faux* picta a medio tubi versus apicem labii inferioris striis albis et luteis transversalibus.

Filamenta duo filiformia, a basi tubi, sub labio superiori conniventia. *Antherae* subrotundae, binae pro singulo filamento, parallelae, luteae. *Germen* subrotundum, minutum. *Stylus* longitudine flaminum. *Stigma* obtusum.

Capsula pedicellata ovata acuminata, bilocularis, elastice diffiliens.

o b s. Floret tempore vernali.

Rarius semina perficit, radicibus ramisque propagatur.

Tota, etiam siccata, suaveolens, *Garden Balsam* dicitur Anglis, in hortos introducta. *Herbe à Charpentier* Domingensibus audit. Cum Saccharo cocta, Syrupum praestat odoriferum, quem pectoralem credunt.

reptans. JUSTICIA, caule herbaceo repente, foliis obtusis, spica terminali indivisa. *Prodr.* p. 13.

Habitat in saxosis umbrosis madidis ad ripas fluviorum in *Hispaniola*. ☉.

Radiculae breves, filiformes, subdivisae, albidae.

Caulis herbaceus, reptans, radicans, filiformis, 2 - 3 - pollicaris, simpliciusculus, subascendens, foliosus, teres, glaber.

Folia petiolata opposita ovata acuminata, apice obtusa, integra, patentia, venosa, viridia, glabra.

Spica terminalis erecta, filiformis, pollicaris, multiflorus: *floribus* secundis sessilibus, albis, minutis.

Perianthium 5 - partitum: *Laciniis* acutis linearibus, erectis, persistentibus.

Corolla ringens, 2 - labiata.

Tubus teres, subgibbus. *Labium* superius erectum, vix concavum, emarginatum; — *inferius* 3 - partitum.

Faux sanguineo - striata.

Filamenta duo subulata, sub labio superiori. *Antherae* geminae, subrotundae, alternae, albidae.

Germen oblongum, minutum. *Stylus* longitudi-
ne staminum. *Stigma* obtusum.

Capsula pedicellata, oblonga compressiuscula, 2-
locularis, elastice dehiscens, polysperma.

Semina plura, subrotunda, compressa.

OBS. Vere florens.

bumi- JUSTICIA, caule herbaceo decum-
fusa. bente, foliis ovatis cordatisque,
spicis umbellatis. *Prodr.* p. 14.

Habitat in aquosis *Jamaicae* rarius. ☉.

Radices longissimae, subdivisae, filiformes, capillares, albidae.

Caules herbacei, aggregati, decumbentes radican-
tes, ramosi subdichotomi, tetragoni, glabri.

Folia subpetiolata, opposita, patentia, juniora cordata, adultiora ovata acuminata apice obtusa, integra, utrinque glabra.

Spicae terminales, umbellatae, filiformes pollicares erectae.

Flores sessiles, subsaecundi, minuti, exalbidi.

Braeae minutae ad basin florum.

Cal. 5 - partitus: *Laciniis* linearibus.

Corolla ringens, 2 - labiata. *Labium superius* fornicatum brevius; *inferius* patens, 3 - fidum; *fauce* rubro - striatum.

Filamenta 2 sub labio superiore. *Antherae* binae, alternae, caeruleae.

Germen ovatum. *Stylus* longitudine corollae.

Stigma simplex.

Capsula generis, minuta.

o b s. Floret mense Febr. et Martio.

Discrepat a *J. comosa* (*Dianthera comosa* LINN.)

Caule decumbente, foliisque.

Haec una cum praecedentibus duabus: *pe-
torali* et *reptante*, habitu *Diantheris* propiores
sunt; quum vero hoc genus a *Justicia* jure non
separandum sit, omnes sub hujus nomine in-
serui species. vid. *Obs. Bot.* p. 13.

nemo-rosa. JUSTICIA, caule herbaceo tetragono erectiusculo, foliis ovato-lanceolatis, spicis oblongis. *Prodr.* p. 14.

Dianthera foliis oblongo-ovatis cum acumine, spicis florum geminatis.
— BROWN. *jam.* 118.

Habitat in umbrosis paludosis sylvis
Americæ calidioris.

Planta herbacea, pedalis et ultra.

Radix subdivisa, descendens.

Caulis suberectus inferne geniculatus, fere simplex, basi teretiusculus, supra medium 4-gonus, pubescens.

Caulis interdum superne subdivisus.

Folia petiolata, opposita patentia, ovato-lanceolata, longe acuminata, obtuse serrata, pubescentia l. glabra.

Petioli longi.

Spicae terminales plerumque solitariae, interdum geminatae, erectae, oblongae, sub-4-gonae, bracteatae.

Braëteae imbricatae, ovatae, acuminatae, sessiles, nervosae, coloratae, viridi-purpureae, hirtae.

Flos solitarius inter singulas bracteas.

Corollae sanguineo - purpureae.

Perianthium profunde 5 - partitum.

Laciniae lanceolato-lineares, acutae, persistentes.

Foliola duo lateralia fol. calycis majora, ovata acuta, ad basin perianthii.

Corolla ringens, 2 - labiata. *Tubus* longus, basi teres, medio compressus, gibbus.

Foveolae duae posticae ad basin, a quibus plicae concurrentes, quae canalem formant capillarem pro pistillo sub dorso tubi.

Labium superius erectiusculum angustum, apice emarginatum; *inferius* profunde a superiore divisum, patens nec deflexum, sed potius erectiusculum convexum, inferne concavum carinatum, 3 - fidum: *lacinia* media ovata, majore.

Faux obscure striata, striis transversis obliquis.

Filamenta duo, a basi tubi ad latera ejusdem, longitudine corollae, subulata. *Antherae* oblongae flavae, binae, alternae.

Germen minutum, subrotundum. *Stylus* longus, capillaris, longitudine corollae, postice adscendens. *Stigma* obtusum, pubescens, luteum.

Capsula pedicellata, oblonga, basi angustata acuminata 2 - locularis, elastice se aperiens unguibus alternis.

Semina quatuor, subrotunda, compressa.

OBS. Varietas in saxosis calcareis *Jamaicae* provenit, tota glabra, magis divisa, forte separanda. —

Floret a Januario ad mediam aestatem.

repens. GRATIOLA, foliis ovatis, caule repente, calyce 5 - phyllo, stylo bifido. *Prodr.* p. 14. *Icon* Tab. III.

Habitat in subhumidis aquosis *Jamaicae* rarissime.

Planta herbacea.

Radix geniculata, filiformis, radiculis numerosis capillaribus, albis.

Caulis 2 - 3 uncialis, repens, radículas juxta folia exserens, subdivisus, crassiusculus, teres, fistulosus, (segmentis radiatis interstinctus,) longitudinaliter striatus, prope folia paulum contractus, pellucidus, pubescens.

Folia opposita, sessilia, basi fere conniventia, subrotundo - ovata, striato - nervosa, integra, utrinque glabra, molliuscula, laete viridia.

Pedunculi axillares, solitarii, foliis breviores, uniflori, teretes, pubescentes.

Corollae parvae, albae.

Perianthium 5 - phyllum. *Foliola* duo exteriora, ovata; tria interiora, lanceolata obtusa, aequalia, erecta, tubum amplectentia, glabra.

Corolla tubulosa, inaequalis. *Tubus* vix calyce longior, teres. *Limbus* 4 - partitus. *Lacinia*

superior paulo latior, emarginata, erectiuscula; 3 reliquae aequales ovatae integrae patentes.

Filamenta 4 subulata, longitudine corollae, subaequalia: duo postice tubo, duo antice, versus limbum adnata. *Antherae* oblongae, bifidae, incumbentes, caeruleae.

Germen subrotundo - conicum. *Stylus* erectus, longitudine tubi, apice bifidus, inflexus. — *Stigmata* gemina unicuique divisurae styli, subcapitata, antheris conniventia.

Capsula subrotunda, vix acuminata, glabra, 2-ocularis, polysperma.

Semina plurima, subrotunda, receptaculo centrali rotundo adfidentia.

ОБЕ. Floret Junio.

Differt a *Gratiola Monniera* Linn.

Foliis, floribus minutis, albis.

Calyce 5-phylo. *Cor.* 4-partita.

Stylo bifido, *Stigmatibus* subrotundis.

Capsula.

obtu. VTRICULARIA, nectario inflexo
sata. obtuso, subemarginato. *Prodr.* p. 14.

Vtricularia foliis capillaceis ramosis,
scapo assurgenti nudo superne ra-
moso. BROWN. *jam.* 119.

Habitat in rivulis paludosis *Jamaicae.*

Radices capillares, ramosae; inferiores demer-
sae, albidae; superiores (folia) natantes — vi-
rides, *utriculis* minutis ovatis instructae.

Scapus 2 - 3 - pollicaris, filiformis, erectus, sim-
plex, interdum superne divisus, nudus glaber.

Flores terminales, alterni, 3 - 4, pedunculati,
parvi, lutei.

Pedunculi longiores, uniflori.

Cal. diphyllus. *Foliola* subrotunda, concava, in-
tegra.

Corolla irregularis, 2 - labiata ringens.

Tubus brevissimus, cylindricus. *Labium su-*
perius ovatum, convexum, integrum. —

Inferius superiori paulo minus, ovatum,
fauce clausa gibbum, l. palatum cordatum
in *nectarium* productum, labio vix longius,
labium versus inflexum, conicum, obtusum,
subemarginatum.

Palatum fulvum, striis purpurascens.

Filamenta duo, fauci tubi inserta, acinaciformia.

Antherae subrotundae, latere interno filamentis adnatae, uniloculares.

Germen subrotundum. *Stylus* brevissimus, crassus. *Stigma* infundibuliforme, obliquum, unilabiatum.

Capsula subrotunda, unilocularis, polysperma.

Semina plurima, compressa, latere membranacea.

Obs. Simillima *Vtriculariae minori* L. distincta vero *Nectario* obtuso, subemarginato.

Florens tota aestate.

occiden. SALVIA, foliis ovatis ferratis, spicatis. *Prodr.* p. 14.

Salvia spicata repens, melissae minoris folio, floribus fasciculatis alternis. *BROWN. jam.* 117.

Habitat in campestribus et sepibus *Indiae occidentalis.* ☉.

Radix fibrosa.

Caulis adscendens, ramosus, pedalis, diffusus 4-gonus, nodosus, laevis.

Folia opposita, ovata, breviter acuminata, serrata, superne hispida, infra laevia.

Petoli 4-goni, rubri, pubescentes.

Spicae terminales, laxae.

Braëteae oppositae, cordatae, alternae, aristatae, intra quas *Flores* 2 - 3 parvi, caerulei.

Perianthium monophyllum, tubulatum, angulato-striatum, pilis glanduliferis tectum; ore erecto bilabiato: lab. inferiore bidentato, superiore obtuso.

Corolla monopetala, inaequalis. *Tubus* superne dilatatus. *Limbus* 2-labiatus. *Lab. superius*

breve, compressum, concavum, incurvum, emarginatum. *Lab. inferius* latius, 3-fidum: *Lacinia* intermedia majori, 2-fida, subrotunda.

Filamenta duo transverse pedicello affixa. *Antherae* minutae, simplices.

Germen ovatum, 4-fidum. *Stylus* filiformis longitudine labii superioris. *Stigma* 2-fidum.

Calyx connivens, in fundo fovens:

Semina duo, e quibus unum maturatur, ovatum, compressum, nigrum.

o b s. Diversa a caeteris congeneribus *spicis* laxis, *floribusque* remotis.

Tempore vernali florens.

tenella. SALVIA, foliis cordatis, caule filiformi repente, spicis adscendentibus.
Prodr. p. 14. *Icon* Tab. II.

Habitat in glareosis et graminosis montium altissimorum *Jamaicae*. ☉.

Planta herbacea.

Radices capillares, longae, repentes.

Caulis decumbens, 4 - 5 - pollicaris, parte inferiore repente, filiformis, subdivisus, adscendens, 4 - quater, striatus, pubescens.

Folia parva petiolata, remota, opposita, cordata dentato - serrata, nervosa, pubescentia.

Spicae terminales erectae, floribus verticillatis, verticillis approximatis, 3 - 4 - floris.

Flores pedicellati, minuti, caerulei.

Braeae ovatae minutissimae 2, 3, 4 sub pedunculis.

Perianthium monophyllum, subtus gibbum 3 - dentatum. *Lacinia* superior brevior retusa, minutissime 3 - dentata; duae anteriores paullo longiores obtusae; omnes pilis glanduliferis hirsutae.

Glandulae pellucidae, azureae.

Corolla ringens; 2 - labiata. *Tubus* longitudine calycis, teres. *Lab. superius* fornicatum, minutum; *inferius* 3 - partitum, magnum; *lacinis* lateralibus subrotundis, intermedia majori, 2 - loba.

Lab. inf. medio albidum, margine caeruleum.

Faux lineis caeruleis notata.

Filamenta duo sub labio superiori, medio transverse pedicellata. *Antherae* minutae, oblongae, erectae, caeruleae.

Germen ovatum. *Stylus* subulatus, vix lab. sup. longior, curvus. *Stigma* bifidum.

Semina duo nuda, erecta, ovata compressa, nigra.

o b s. Floret toto anno.

Optime dignoscitur habitu, parvitate.

L I T H O P H I L A.

Character naturalis

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1708.

Charact. essentialis.

Calyx triphyllus.

Corolla tripetala: *nectario* diphylo.

Locus: Flores inferi, 3 - petali.

Ord. nat. XXII. Caryophyllaei.

γ) inter *Polycarpon* et *Minuartiam*.
Juss. fam. plant. Cl. XIII. Ord. XXII. VII. Gene-
 ra caryophyll. affinia.

Vox composita e Λιθος saxum et Φιλη amica, —
 quia petris sterilissimis adnascitur.

Tab. I. sistit:

- a. Ramulum floribus confertis m. n.
- b. — Eundem — m. a. c. Florem. m. a.
- d. — apertum, c. calyce, corolla et nectario.
 m. a.
- e. Nectarium c. stam. et pistillo.

muscoi- LITHOPHILA. *Prodr.* p. 15.

des. Habitat in rupibus desertae *Navazae*,
insulae Oceani Indiae occidentalis.

Planta minutissima vix semipollicaris.

Radix saxi arctissime adfixa.

Caules plures, brevissimi, crassiusculi — subdivi-
si squamosi: squamis emarcidis albescentibus.

Folia minuta, sessilia, basi angustiora — am-
plexicaulia linearia obtusa, canaliculata patentia.

Flores congesti, albidi.

Pedunculi axillares, terminales, floribus confer-
tis, sessilibus capitis aciculae minoris magni-
tudine.

Perianthium 3 - phylum. *Foliola* acuta.

Petala 3 ovato - lanceolata, albida.

Nectarium diphyllum: *foliolis* oppositis petalis
minoribus, carinatis, acutis, erectis, viridibus.

Filamenta duo subulata, ad latera geminis. *An-
therae* subrotundae luteae. *Pollen* globulare.

Germen subrotundum. *Stylus* crassus erectus.


Stigma obtusum, emarginatum.

Pericarpium 2 - loculare?

Obs. Partes fere omnes, imprimis fructificationis,
vix nisi oculo armato examinandae.

LINO.

Linociera



Liphidium



LINOCIERA. THOUINIA. Prodr.

Character naturalis

vid. SCHREB. Gen. plant. n. 1709.

Charact. essentialis.

Calyx quadridentatus.

Corolla tetrapetala.

Antherae sessiles, petala duo opposita basi connectentes.

Bacca bilocularis.

Locus: Flores inferi, 4 - petali.

Ord. nat. Sepiariae (XLIV.) inter *Cbionanthum* et *Oleam*.

Juss. pl. fam. Cl. XIII. Ord. IV. *Jasmineae*. II.

Gaufrido LINOCIER, Medico Turnoniensi circa initium Seculi 17mi, aliquot opusculorum de vegetabilibus, inprimis Aromatibus, auctori, hoc genus inscripsi.

Tab. II. a. *Linocierae* flos ante explicationem. m. n.

b. — explicatus.

c. Flos aperiens petala bina, singulam antheram includentia.

d. — magn. auctus.

e. Calyx. m. a.

f) Anthera: m. a.

g) Pistillum. m. a.

b) Bacca. m. n.

i) Eadem transverse secta.

k) Seminum forma. m. n.

D

ligustrina. LINOCIERA.

Thouinia ligustrina. Prodr. p. 15.

Jasminum fruticulosum, foliis ovato-acuminatis minoribus rigidis oppositis. BROWN. *jam.* 117?

Habitat in fruticetis apricis, solo calcareo *Indiae occidentalis*, *Jamaicae*, *Hispaniolae*. h.

Arluscula.

Truncus 8 - 10 - pedalis, erectus, laevis cortice cinereo.

Rami teretes, laxi, *ramulis* tenuibus.

Folia petiolata, opposita, decussata, lanceolata acuminata, apice obtuso, l. ovato - lanceolata integra, rigidiuscula Ligustri instar, enervia glaberrima sempervirentia.

Flores paniculati.

Paniculae terminales, longitudine foliorum, diffusae, *pedunculis* oppositis patentibus, *pedicellis* 3 - fidis, *partialibus* unifloris, brevibus, albidis.

Corollae albae, patentes odore Syringae.

Perianthium minutum, 4 - dentatum: — *dentibus* ovatis acutis.

Petala 4. linearia obtusa concava reflexa, patentia, decidua.

Filamenta duo brevissima ut fere nulla, duo petala opposita ad basin connectunt, decidua.

Antherae lineares, ante explicationem in corollae petalis convolutis reconditae, luteae.

Germen superum; subrotundum, subacuminatum.

Stylus erectus antheris brevior. *Stigma* stylo crassius, compressum, bisulcum, luteum.

Bacca ovata, acuminata, 2-locularis; monosperma, exsucca.

Semina solitaria; oblonga.

Obs. Floret Junio et Julio.

Nomen eo mutavi, quod *Thouinia* LINN. fil., *Chionanthi* forte species, ideoque ab hac planta diversa est. Hanc ob causam Clar. I. E. SMITH alterum amico suo dedicavit genus in Madagascaria a COMMERSONIO detectum, cujus descriptio icone illustrata exstat in opere Londini Anglorum 1789 edito, titulo: *Plantarum icones haëtenus ineditae plerumque ad plantas herbarii Linneani delineatae. Auctore I. E. SMITH. M. D. Fasc. I.*

TRIGYNIA.

discolor. PIPER, foliis lato-ovatis 5-nerviis glaberrimis, postice discoloribus, spicis laxioribus, flosculis remotioribus. *Prodr.* p. 15.

Piper longum arboreum GMEEL. in *Nov. Comm. petrop.* XII. t. X. —

Habitat in montibus altis *Jamaicae*. h.

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami alterni, erecti subdivisi, geniculati, teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna, lato-cordata l. ovata 5-nervia — 2 nervis marginalibus, acumine obtuso, integra, utrinque glabra crassiuscula, venosa, subtus pallidiora subalbicantia, l. pallide viridia, nitentia.

Genicula tumida.

Petioli canaliculati, breves.

Spicae pedicellatae, solitariae petiolo oppositae, foliis breviores, tenuiores, laxae.

Pedunculi petiolis longiores, teretes glabri.

Flores distincti, remotiores, nec approximati.

Cal. nullus. *Squama* oblonga, intra quam:

Filamenta duo fere nulla l. brevissima ad basin later. squamae. *Antherae* obovatae, albidae.

Germen oblongum intra squamam. *Stylus* brevis crassiusculus. *Stigmata* 3. parva, acuta.

Bacca minuta, oblongiuscula.

o b s. Floret autumno.

Distinctum a P. Amalago:

Foliis latis glaberrimis.

Spicis laxioribus, flosculis remotioribus: Stylo. —

Variat foliis basi attenuatis et obtusis ovatis obliquis.

macrophyllum. PIPER, foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, petiolis appendiculatis, caule laevi. *Prodr.* p. 15.

Piper frutescens, foliis amplioribus nitidis, ad basin inaequaliter porrectis, ovatis, spica longiori. BROWN. *jam.* 124.

Piper longum arboreum, fol. latissimis. SLOAN. *cat.* 25. *b.* 1. *p.* 135. *t.* 33. *fig.* mala. RAY. *b.* 3. *p.* 664.

Habitat in montibus petrosis *Indiae occidentalis*. k.

Frutex grandis, biorgyialis.

Caulis teres striatus laevis, subdivisus.

Rami erectiusculi, glabri.

Folia alterna, oblonga, magna, obtuse acuminata, ad basin obliqua, multinervia, (10-12 nervis transverse obliquis) venosa, integerrima, glabra.

Petioli breves, latiusculi, canaliculati — margine foliaceo-membranacei ad basin folii appendiculati.

Spicae pedicellatae longae, erectae, oppositifoliae.

Flores approximatissimi nec distincti. —

Filamenta 4 - 6 brevissima l. *antherae* sessiles didymae circa germen.

Styli nulli. *Stigmata* tria sessilia.

o b s. Caulis et rami minus fragiles quam in aliis speciebus.

verru- PIPER, arborefcens, foliis oblongis
 cofum. acuminatis obliquis — multinerviis
 glabris coriaceis, caule ramisque
 verrucosis. *Prodr.* p. 15.

Piper arboreum. AUBL. *Guian.* p. 23. —

Habitat in rupibus calcareis *Jamaicae*
interioris. h.

Arbor: Trunco 15 - 20 pedali, erecto, cortice
 valde verrucoso.

Rami simplices terminales, foliosi teretes, ver-
 rucosi. *Verrucae* albae.

Folia petiolata, maxima 1 - 2 . pedalia, ovata acu-
 minata, obtusa, alterna, ad basin obliqua, mul-
 tinervia, coriacea, glabra, venosa margine
 involuto.

Petioli breves, canaliculati, ad basin folii mar-
 ginibus membranaceis, verrucosi.

Spicae pedicellatae, semipedales, oppositifoliae
 erectae.

Flores spirales masculis et femineis quasi distinctis.

Germina intra superiorem et inferiorem ambitum
 staminum; ad latera cujuscunque (germinis).

Antherae duae ovatae oblique insidentes.

Stigmata tria, in germine sessilia.

OBS. Dignoscitur:

Habitu; caule ramisque verrucosis.

Foliis coriaceis maximis.

genicu- PIPER, foliis oblongis acuminatis
 latum. obliquis multinerviis glabris, caule
 ramisque geniculatis. *Prodr.* p. 15.

Habitat in fylvis lapidosis *Jamaicae*. h.

Frutex biorgyialis l. ultra.

Caulis versus apicem subdivisus, ad ramos geniculatus, teres glaber.

Rami ramulique longi, virgati, geniculati, teretes, glabri, fragilissimi.

Genicula tumida.

Folia breviter petiolata, alterna, oblonga, semipedalia et ultra, apice attenuata obtusa, basi rotundata inaequalia — multinervia integra, glabra.

Petioli canaliculati, glabri.

Spicae solitariae, foliis oppositae, longae, pedicellatae.

Flores spirales, ut in *verrucoso*.

OBS. Caulis, licet saepe crassus, tam debilis, ut ab aliis fruticibus quasi scandens suffulciatur.

Distinguitur:

a *P. macrophylo*, cui simillimum:

Habitu geniculato, fragilitate — etc.

a *P. verrucoso* —

Geniculis, *foliis* tenuioribus et *caule* ramisque laevibus. —

nitidum. PIPER, foliis lanceolato - ovatis
obliquis glaberrimis nitidis. *Prodr.*
p. 15.

Habitat in umbrosis montosis *Ja-*
maicae. h.

Frutex.

Caulis humanae altitudinis, ramosissimus, glaber,
teres.

Rami ramulique ad insertionem foliorum ubi-
que geniculati, fragiles.

Folia petiolata, lanceolato - ovata, alterna, latere
exteriori basi obliqua, venosa, glabra, super-
ne nitida, 2 - 3 - pollicaria, saturate viridia.

Petioli brevissimi, teretes.

Spicae pedunculatae, breviusculae teretes ere-
ctae, laevissimae, albae.

Pedunculi oppositifolii, breves.

Flores confertissimi.

o b s. Vere florens.

scabrum. PIPER, foliis lato-ovatis, acuminatis obliquis rugosis scabris; spicis erectis.

Incolit montosa Jamaicae temperatioris. h.

Frutex 5 - 6 - pedalis.

Caulis ramosus erectus, teres, scabriusculus.

Rami patuli, teretes, geniculati, scabri.

Folia petiolata alterna, basi obliqua, lato-ovata, acuminata, multinervia, venosa, rugosa, scabra.

Nervi rigidi in pagina fol. inferiori elevatiores.

Petioli breves, teretes.

Pedunculi oppositifolii, petiolis breviores — crassi, teretes, scabri, solitarii.

Spicae 2 pollicares cylindrico-teretes, erectae.

Flores conferti.

Calyx nullus; sed *Squama* minuta, subrotunda, cujus lateribus adfident

Filamenta duo, brevissima. *Antherae* minutissimae, subrotundae, didymae.

Germen ovatum. *Styli* nulli. *Stigmata* 3 recurva, persistentia.

OBS. Floret Septembri et Octobri.

Diversum a *P. adunco* L. cui proximum; distinguitur vero:

Foliis latioribus, fusco viridibus nec pallidioribus.

Spicis erectis, nec aduncis.

hirsutum. PIPER, foliis ovatis acuminatis obliquis rugosis — geniculisque hirsutis; spicis erectis. *P. hispidum*. *Prodr.* p. 15.

Habitat in montibus frigidioribus Jamaicae. h.

Frutex.

Caulis orgyalis, ramosus, erectus, teres hirsutus, hispidus.

Rami patuli, flexuosi, geniculati, teretes hirsuti. *Genicula* hirsuto - hispida.

Folia petiolata, alterna, basi obliqua, oblonga acuminata, multinervia, hirsuta, hispida.

Nervi alterni, dorso elevati.

Petioli breves, teretes, nec canaliculati.

Spicae pedicellatae oppositifoliae, solitariae erectae, 2 - unciales, cylindratae, crassae, fuscae.

Pedunculi crassi, teretes, hispidi, petiolis breviores.

Flores aggregati.

Calyx nullus. *Squamae* minutae, subrotundae ciliatae, quarum ad latera:

Filamenta duo, brevissima. *Antherae* minutissimae, subrotundae, didymae.

Trigynia.

61

Germen ovatum. *Styli* 0. *Stigmata* 3. reflexa,
minima.

Bacca sessilis, subrotunda, minutissima.

Obs. Floret autumno.

Discrepat a *P. scabro* notabili habitu hirsuto hispidoque.

Ad evitandam confusionem nominis trivialis cum *P. hispidulo*, in *hirsutum* mutavi.

alpinum. PIPER, foliis ovato - subrotundis
 acutis, subtus aveniis, spicis axil-
 laribus; caule erecto simpliciuscu-
 lo. *Prodr.* p. 15.

Habitat in summis alpibus Jamaicae.

Planta herbacea.

Radices filiformes, descendentes, simplices.

Caulis erectus, subpedalis, teres, succulentus;
 glaber.

Folia petiolata, subrotunda, majuscula, integra,
 acuta, nervosa, venosa, utrinque glabra, sub-
 tus avenia, pallidiora, crassiuscula.

Petioli longiusculi; compressi glabri, basi di-
 latati.

Spicae solitariae axillares, longitudine foliorum,
 teretes, crassae, floribus approximatis.

Cal. o. *Squamae* lanceolatae, acutae.

Filamenta duo, brevissima; ad basin pistilli. *An-
 therae* minutissimae, albae.

Germen oblongum, acuminatum. *Stylus* sim-
 plex. *Stigma* acutum.

o b s. Floret Febr. Martio.

Distinctum a *P. obtusifolio*, cui caulis repens
 etc.

bispidu. PIPER, foliis subrotundis petiolatis
lum. tenuissimis, superne hirtis; caule
 erectiusculo. *Prodr.* p. 15. *Icon*
Tab. IV.

Habitat in nemorosis humidis montium
 altissimorum caeruleorum Jamaicae. ☉.

Planta herbacea, pusilla, laete virens.

Radices parvae capillares, divisae, albidae.

Caulis 2 - 3 - uncialis, subdivisus, erectiusculus,
 geniculatus, diffusus, teres, striatus glaber,
 pellucidus, succulentus, fragilis.

Ramuli diffusi, foliis oppositi.

Folia petiolata, alterna, subrotunda, basi emar-
 ginata, integra, venosa, supra viridia, fetis
 raris pallidis pellucidis hispidula, punctata, in-
 ferne glaberrima, pallidiora, tenerrima.

Petioli breves.

Spicae minutae pedicellatae, oppositifoliae, soli-
 tariae.

Flores minutissimi, nudi, distantes:

Cal. o. *Squamae* vix visibiles ad basin germinis.

Filamenta duo, ad latera baseos germinis, mi-
 nutissima patula, horizontalia, quasi clavata.

Antherae subrotundae, albidae.

Germen oblongum, hispidum. *Stylus* crassus brevis. *Stigma* obtusum, fuscum.

Fructus pedicellatus, magnitudine capitis aciculæ minoris, subrotundus, niger, hirsutiusculo-hispidus. (*Circaeae.*)

OBS. Floret primo Vere.

Distinctissimum a *P. pellucido*:

Teneritate, foliis, pube et floribus.

Sapor amarus, nec aromaticus.

tenel. PIPER, foliis distichis ovatis aveniis
lum. margine ciliatis, spica adscendente,
 caule simplici decumbente. *Prodr.*
 p. 16.

Habitat supra truncos, praecipue pu-
 tridos, inter muscos, dependens;
 in montibus frigidis *Jamaicae*.

Planta herbacea.

Radix parva, simplex, filamentosa.

*Caulis 3 - 4 - uncialis, simplex (rarissime divisus)
 decumbens, geniculatus, teres, vix striatus,
 hirsutiusculus, minutissime rubro - punctulatus,
 hirsutiae rara inter petiolos, sulcatus, fragilis.*

*Folia parva, disticha, brevissime petiolata, alter-
 na, basi ovata, apicem versus attenuata, ob-
 tusa, integra, avenia, enervia, pagina supe-
 riori versus marginem setoso - ciliata, subsuc-
 culenta, glabra, inferne pallida.*

Spica terminalis, filiformis, adscendens, simplex.

Flores minutissimi.

*Cal. o. Squamula subrotunda germen tegens, ad
 cujus latera*

Filamenta duo, germinis longitudine; erecta.

Antherae subrotundae, didymae, albae.

Germen oblongum, basi attenuatum. *Stylus* nul-

lus. *Stigma* villosum, obliquum.

Bacca pedicellata, pedicello germine triplo longiori, monosperma; matura capitis aciculae minoris magnitudine, nigricans, sapore aromatico.

o b s. Aestivale.

ample. PIPER, foliis lanceolato-ovatis amplexicaule. plexicaulibus nervosis; caule erecto simplici. *Prodr.* p. 16.

Habitat in *India occidentali*, *Jamaica*, in arboribus moribundis inque quicquiliis dejectarum.*24

Subherbaceum.

Caulis fere simplex, pedalis, duriusculus, erectus, leviter flexuosus, angulatus, compressus, sulcatus, glaber, rigidus.

Folia basi amplexicaulia, alterna, inferne angustiora, ovato-lanceolata, apice obtusa, integerrima, lineato-nervosa, carnosula, crassiuscula, laete viridia.

Pedunculi subterminales, axillares, solitarii, erecti; *spicis* longissimis, erectiusculis, teretibus, subinde conjugatis.

Flores minutissimi.

OBS. Distinguitur facile a congeneribus:

Foliis amplexicaulibus.

glabell- PIPER, foliis ovatis acuminatis; cau-
lum. le declinato radicante ramosissimo.
Prodr. p. 16.

Habitat in *Indiae occidentalis (Jamaicae)*
lapidosis montosis. 4.

Planta herbacea.

Radiculae filiformes.

Caules longissimi, ramosi, conferti, procumben-
tes l. declinati, radicantes — foliosi, teretiu-
sculi, laeves.

Folia petiolata, alterna, ovata, acumine longio-
ri, integerrima, plana, crassiuscula, laevia.

Nervi 5 longitudinales, averfa fronde distincti.

Petioli canaliculati, breviusculi, basi rubri.

Spicae filiformes, erectiusculae, subinde aduncae,
terminales l. laterales, petiolis oppositae, pe-
dunculatae, solitariae l. conjugatae.

o b s. Color totius plantae, pallide viridis.
Vere florens.

Proximum *P. acuminato*, sed discrepat

Caule debili, ramosissimo, subrepente, radicante.

Foliis ovatis acuminatis minoribus, minus
crassis.

Spicis minoribus, brevioribus.

Hujus varietas simplex est *Piper scandens*.

Prodr. p. 16.

Serpens. PIPER, foliis subrotundo-acutis planis discoloribus, caule repente. *Prodr.* p. 16.

Habitat in petrosis sylvaticis muscosis Jamaicae frigidioris.

Herbaceum.

Caulis repens, radículas undique exserens capillares; filiformis, subdivisus, angulatus, glaber, foliosus.

Folia alterna, petiolata, subrotunda, sed magis lata, basi quasi retusa, acumine brevissimo obtusa, latitudine semipollicari, integra, plana, subsucculenta, avenia, utrinque glabra, subtus pallidiora.

Petioli foliis breviores, patentes, teretes, glabri.

Spicae pedunculatae, teretes, $\frac{1}{2}$ pollicis longitudine, erectae.

Pedunculi axillares, foliis longiores, teretes, glabri, solitarii.

Flores minutissimi, ut nudis oculis non discerni queant; *squamis* ovatis distincti.

Filamenta vix ulla. *Antherae* duae, ad latera
germinis.

Germen ovatum, acutum. *Stylus* o. *Stigmata*
tria.

Fructus minutissimi, ovati, acuti, sessiles.

o B s. Distinguitur a *P. rotundifolio*:

Foliis non orbiculatis l. ovatis, nec *caule* di-
varicato, sed simpliciore, crassiore; *foliis*
subtus pallidis et crassioribus; *basi* lato-
ovatis, *acumine* brevissimo.

cordifo- PIPER, foliis obverse-cordatis plani-
lium. no-convexis carnosis; caule repen-
 te. *Prodr.* p. 16.

Habitat in sylvis antiquis *Jamaicae*,
 supra arbores vetustas moribundas.

Planta herbacea.

Radiculae capillares, albae.

Caulis filiformis, repens, scandens, radicans, di-
 varicatus, teres, succulentus.

Folia alterna, petiolata, obcordata, integra, pla-
 no-convexa, carnosae, glabra.

Petioli longiusculi, reflexi.

Spicae in ramis lateralibus pedicellatae, oppositi-
 foliae, filiformes, unciales, solitariae.

Pedunculi spicis breviores.

Flores minutissimi, albidi.

OBS. Sapor acris totius plantae.

* *Foliis* distinctissimum.

nummularifolium. PIPER, foliis orbiculatis convexo-
 concavis, caule filiformi repente
 radicante. *Prodr.* p. 16.

Habitat in ramis arborum antiqua-
 rum *Jamaicae interioris*.

Herbaceum.

• *Caules* filiformes, longissimi, 2 - 3 - pedales, ra-
 dicantes, repentes, subdivisi, teretiusculi, gla-
 berrimi, molles.

• *Folia* petiolata, alterna, parva, orbiculata, supra
 convexa, subtus concava, nitida subsucculen-
 ta, margine integra minutissime pilosa.

Spicae pedunculatae, terminales, breves.

Pedunculi foliis vix longiores, erecti,

Flores vix discernibiles, albidi,

• *Obs.* Simillimum *P. rotundifolio*, sed differt:
Caule filiformi, divaricato;
Foliis orbiculatis, convexo-concavis.

filifor- PIPER, foliis lineari - oblongis obtu-
me. sis: summis verticillatis, caule fili-
 formi repente. *Prodr.* p. 16. *Icon*
 Tab. V.

Habitat inter muscos ad radices arborum in montibus altis *Jamaicae*.

Herbaceum.

Radices capillares.

Caulis filiformis, longissime repens, subdivisus, 4 - gonus, glaber striato - maculatus.

Rami breves adscendentes, filiformes, laxi, erectiusculi, 4 - quetri, maculati, glabri.

Folia parva petiolata, inferne opposita, decussata, apice 4 - terna, lineari - oblonga, obtusa, integra, subtus pallide rubro maculata, pallidiora; utrinque glabra.

Petioli breviusculi.

Spicae terminales, pedunculatae.

Pedunculi erecti, solitarii, terminales foliorum longitudine, teretes, glabri.

Cal. o. *Squama* subrotunda.

Filamenta duo brevissima ad latera squamae. *Antherae* didymae.

Germen oblongum, squama tectum. *Stylus* o.

Stigma villosum.

Bacca oblonga, minuta.

OBS. Vernale,

Stella. PIPER, foliis verticillatis oblongis
tum. acuminatis trinerviis glabris, caule
 erecto. *Prodr.* p. 16.

Habitat in sylvis umbrosis *Alpium Jamaicensium.*

Planta herbacea, pedalis et ultra.

Radix simplex, filamentosa, albida.

Caulis erectus, ramosus, teres, foliosus, pubescens, interdum ferrugineus.

Rami oppositi.

Folia verticillata, petiola 3 - 5 - na, oblonga acuminata, apice obtuso, integra, trinervia, glabra, subtus pallidiora, vix succulenta.

Folia superiora plerumque terna, inferiora 4 - na, rarius 5 - na.

Spicae terminales, longae, 4 - 5 conjugatae, filiformes, laxae.

Flores minutissimi, virides.

Cal. o. sed *squama* ovata, glabra, germen obtegens, cujus basi adsident

Filamenta duo brevissima. *Antberae* subrotundae, didymae.

Germen ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obliquum, villosum.

Bacca sessilis, oblonga.

OBS. Autumno viget.

P. trifolio conjungi non debet, illud enim repens, foliis subrotundis.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

ilicifo- **COMOCLADIA**, foliolis angulato-
lia, spinosis. *Prodr.* p. 17.

Comocladia tricuspidata. LAMARK *Aët.*
paris. 1784. P. 347.

Ilex dodonaea. *Spec. pl.* 2. 182.

Dodonaea. PLUM. *Gen.* 20. *ic.* 118.

Habitat in *Indiæ occidentalis* petrosis
calcareis: *Antiguae*, (du PONTHEU)
St. Bartholomæi. (EUPHRASE'N.) &

Arbuscula.

Truncus laevis.

• *Rami* terminales, brevissimi, inermes.

Folia pinnata, conferta, pedalia.

Pinnae 9 - 10 - jugae subsessiles, subcordatae l.
3 - angulares, angulatae *spinis* 3 (duabus op-
positis) mucronibus terminatis longis porre-
ctis, nervosae, venosae, convexae, rigidae,
utrinque glabrae.

• *Racemi* terminales, foliis breviores, — erecti,
simpliciusculi, ramulis brevissimis; floribus con-

fertis subsessilibus, minutissimis, polygamis, rubris.

Calyx minutissimus, tripartitus: *laciniis* ovatis subcarnosis.

Corolla 3 - petala. *Petala* ovata, acuta, concava.

Nectarium: annulus carnosus, cui germen immersum.

Filamenta 3 petalis breviora, erecta. *Antherae* cordatae.

Germen nectario reconditum. *Stylus* vix ullus l. brevissimus. *Stigma* obtusum.

Bacca oblonga, mollis, 1 - sperma, rubra.

Seimen unicum oblongum, in duas partes divisibile, hinc gibbas inde planas.

o n s. Haec arbor, quae vera est species *Comocladia*, olim in *Mant.* p. 335. posteaque in *Syst. veg.* exclusa, suo loco restituatur.

comosa. HIPPOCRATEA, paniculis como-
fis, pedunculis multifidis capillari-
bus, foliis ovatis acuminatis inte-
gris. *Prodr.* p. 17.

Bejuco. LOEFL. *it.* 314.

Habitat in sylvis *Hispaniolae* interio-
ris. h.

Vimen.

Caulis arborescens, l. *truncus* altissime scandens,
crassus, ramis multividuis divaricatis, reflexis,
pendulis, laevibus.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuminata, api-
ce brevi, integra, nervosa, venosa, utrinque
glabra.

Petioli breviusculi, teretes, glabri.

Paniculae terminales, axillares, ramulis mult-
partitis erectis multifloris, ad infinitum subdi-
visis, terminatis pedunculis capillaribus, co-
piosissimissimis, unifloris, albidis.

Flores minutissimi, polygami.

Plurimi post efflorescentiam decidunt, l. mar-
cescunt, pauci ramis inferioribus paniculae
insidentes, pedunculis fortioribus sustentati.
Paucissimi hi foecundantur, — quasi unus
inter mille.

Calyx minimus, ad basin 5 - partitus. *Foliola* lineararia, acuta, patentia, reflexa.

Petala 5 oblonga, obtusa, ad basin germinis inserta, calyce majora, apicibus reflexis, persistentia, albida.

Nectarium germen cingens, illique adnatum, integrum, depressum, carnosum.

Filamenta 3 margini interiori nectarii inserta, brevissima, stylo approximata. — *Antherae* minutissimae, ovatae, luteae.

Germen margine carnosio nectarii tectum. *Stylus* subulatus, brevis, longitudine staminum. *Stigma* trifidum.

Germen post fructificationem superne trilobum; hi *lobi* crescunt in *Capsulas* tres maximas (2-3 unciales), basi connatas, oblongas l. obovatas, leviter striato venosas, marginibus compressis, medio longitudinaliter dehiscentes, (2-valves) *valvulis* navicularibus.

Nuces 4 oblongae, acutae, angulatae, initio molliores, dein indurescunt, apice et latere alatae. *Alae* crassae, albidae, fragiles.

Nuclei oblongi, forma nucis, albi.

OBS. Domingensibus *Amandier des Bois* appellatur.

Floret Februario; fructus maturat media aestate.

Nuclei subdulces, oleosi.

XIPHIDIUM.

Character generis

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 94.

Charact. essentialis.

Corolla 6 - petaloidea, regularis. *Calyx* nullus.
(Flores inferi, inter *Wachendorffiam*
et *Commelinam*.)

Calyx nullus.

Corolla 6 - petaloidea, regularis, infera.

Capsula 3 - locularis, polysperma.

Locus inter *Moraeam* et *Wachendorffiam*.

Ord. nat. VI. *Ensatæ*.

Juss. pl. fam. Cl. III. *Ord.* VIII. *Irides*. III. *Genera Iridibus affinia.*

Xipidium est nomen PLINII a figura foliorum desumptum. LOEFL.

Tab. II. *a.* *Xipidii* flos apertus. m. n.

b. — ante explicationem. *c.* Petalum. m. n.

d. Stamina et pistillum. m. a.

e. Forma *Capsula* transverse secta 3 - locularis.

f. Semina — m. n.

floribundum; XIPHIDIUM. Prodr. p. 17.

a) *floribus intus albidis.*

Ixia Xiphidium. LOEFL. *it.* 179.

b) *floribus intus caeruleis.*

Xiphidium floribus paniculatis, flore et foliis pilosis. AUBL. *Guian.* p. 33. *tab.* II.

Habitat in *America meridionali.* 4.

a) Citra terram populi *Macarassa.*

LOEFLING. in *Insula Tabago* (GREIG.) *Vera cruce* (HOUTON.) *insula St. Christophori*, ad *radices montium prope Sandy point.* (MASSON.)

b) In pratis *Macouriae et Courou Guianae* — (AUBLET.)

Planta perennis.

Radix subrepens, fibrosa, geniculata.

Caulis pedalis et ultra, teres, simplex, inferne foliosus, crassitie digiti minoris, hirsutiusculus.

Folia alterna, subimbricatim vaginantia, plurima caule fere longiora, ensiformia, acuminata, plana, longitudinaliter striata, margine integra vel subserrulata, glabra.

Flores.

Flores subpaniculati, e caule apice subdiviso: —
ramis simplicibus, patentibus, subnutantibus,
 multifloris; *floribus* pedunculatis, approxima-
 tis, secundis.

Pedunculi breves; uniflori —

Braëteae solitariae, minutissimae sub floribus. In
 axillis infimarum propagines excresecunt.

Calyx nullus.

Petala 6, oblongo - lanceolata, acuta; *tria* ex-
 teriora paulo majora, extus viridia saepe pu-
 bescentia, intus colorata; *tria* interiora, alba
 l. caerulea.

Filamenta receptaculo inserta erecta, alba — *An-*

therae oblongae, sulcatae, basi bifidae, luteae.

Germen superum, glabrum l. pilosum, oblon-
 gum, leviter trigonum. *Stylus* filiformis, sta-
 minibus duplo longior, persistens. *Stigma* 3-
 lobum, parvum, viride.

Capsula subrotunda, trifulca, carnosae l. mollis,
 demum sicca, — trilocularis, polysperma.

Semina subrotunda, receptaculo globoso insidentia.

o B s. Planta *Wachendorfs* affinis et habi-
 tu similis. Diversa tamen corolla regulari,
 staminibus rectis et pericarpio polyspermo. —
 Nec *Moraeis* associari potest.

plicata. MORAEA, scapo ancipiti, foliis ensiformibus nervosis plicatis; floribus capitatis, pedunculo bifido.

Sisyrinchium latifolium. *Prodr.* p. 17.

Sisyrinchium americanum radice phoenicea, foliis plicatis et nervosis, flore albo. *H. R. MONSP.* p. 185.

Ixia foliis ensiformibus plicatis glabris, caule ramoso. *PLUM.* ic. 35. t. 46. f. 2.

Ixia americana. *AUBL. Guian.* p. 33.

Bermudiana palmae folio, radice bulbosa. *TOURN. inst.* p. 388.

Habitat in *India occidentali*: in *Jamaicae occidentalis* pascuis montosis. 4

Bulbus ovatus, tunicatus, tunicis rubris membranaceis, intus medio luteus.

Folia radicalia 2 - 3 - pedalia, ensiformia, lata, basi angustiora quasi petiolata, versus radicem membranacea subvaginantia, purpurascens, longitudinaliter 6 - nervia, complicantia, glaberrima.

Scapi foliis fere longiores, tereti - ancipites, substriati, glabri, apice subnutantes, terminati *foliolo* spathaeformi lanceolato erecto nervoso, e cujus basi vaginanti exit

Pedunculus 2 - pollicaris, 2 - fidus, *pedicellis* foliolo altero parvo subjecto.

Flores albi, spathacei, subcapitati.

Spatha diphylla, anceps. *Foliola* ovata, acuta, leviter striata, carinata, altero 2 - fido, glabra, includentes *flosculos* 6 - 10, *Squamis* ovatis acutis membranaceis, pallidis distinctos.

Flores pedicellati, sensim surgentes.

Pedicelli brevissimi, intra spathas.

Corolla hexapetala. *Petala* oblonga aequalia, erecto - patentia, venosa, alba, plana basi apici germinis contigua.

Filamenta 3 petalis breviora, circa germinis apicem, breviter connata. *Antherae* lineares, inferne bifidae.

Germen obovatum sub 3 - gonum inferum. *Stylus* subulatus longitudine staminum. *Stigma* tripartitum: *laciniis* lanceolatis, erectis.

Capsula obovata, 3 - quetra, etc. —

Obs. Floret per totum annum; evigilat hora 4. p. m.; flore unico sensim prodeunte.

Diversa a *S. palmifolio* Arduini, cui flores spicati. *Mant.* p. 122.

Sisyrrinchia MORAEAE generis esse, suadent habitus et flores, licet stamina; sicut in pluribus *Moraeis*, monadelphia sint, quod vix sufficit ad genus distinguendum. vid. THUNBERG. *diff. de Moraea.*

unci. CAREX, spica simplici androgyna
nata. lineari superne mascula, femineis
 aristatis: aristis uncinatis. FORST.
prodr. 65. n. 338. *M. S. V.* p. 843.
 n. 5.

b. *Carex hamata*, spica simplici andro-
 gyna lineari, superne mascula, fe-
 mineis aristatis: aristis apice unci-
 natis laevibus. *Prodr.* p. 18.

Habitat in umbrosis graminosis mon-
 tium altissimorum *Jamaicae australis*;
 in *nova Zelandia* (FORSTER, BANKS
 et SOLANDER.)

Gramen 1 - 2 pedale.

Radix fibrosa, longa, capillaris.

Culmus erectus, simplicissimus, triqueter, folio-
 sus, laevis.

Folia radicalia et caulina vaginantia, longitudine
 culmi, erecta, linearia, stricta, striata, cari-
 nata, margine scabra, (oculo armato cartila-
 gineo - serrata,) laevia.

Spica simplicissima, erecta, 3 - pollicaris, linea-
 ris, 3 - quetra, androgyna, floribus monoicis.

Masculi terminales, pauciores, mutici.

Feminei inferiores, aristati, numerosiores.

MASCULI.

Amentum imbricatum: Squamis oblongis, acutis, carinatis, muticis, adpressis, fuscis, unifloris.

Filamenta tria, brevia, lata, erecta. Antherae lineares, squama longiores, luteae.

FEMINAE.

Squamae inferiores ejusdem amenti, oblongae, acutae, carinatae, uniflorae, muticae.

Nectarium. Valvula unica, tenerior, ovato-oblonga, superne contracta, 3-quetra, anceps, margine ciliata, persistens, pistillum includens et aristam.

Arista stylo duplo longior, e basi nectarii et germinis erecta, aequalis, apice extimo uncinata: unco geniculato.

Germen oblongum. Stylus unicus, apice tripartitus. Stigmata reflexa.

Semen trigonum, nigrum, nectario obvolutum, cum arista inclusa deciduum.

OBS. A specie antarctica meam separare nolui, licet omnibus partibus duplo l. triplo — minorem.

SCLERIA.

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1408.

Character naturalis

MONOICA.

MASC. *Spiculae multiflorae.*

● FEM. *Spiculae uniflorae.*

Semen nuce tectum.

(*Flores Graminei, post Schoenum.*)

Charact. essentialis.

♂. CAL. *Gluma 2-6-valvis, multiflora, mutica.*

COR. *Glumae muticae.*

♀. CAL. *Gluma 2-6-valvis uniflora, mutica.*

Stigma 1-3.

Nux colorata subglobosa.

Locus inter Coicem et Olyram.

Ord. nat. Gramina.

Juss. fam. pl. Cl. II. Ord. IV. Gramineae.

Genus olim concinnavit Cel. BERGIVS, et nomen imposuit a *Σκληρος*, *durus* — ob duritiam feminis, et ipsius plantae. Hoc quoque retinuerunt Cel. Viri GAERTNER et RETZIVS.

Scleria



Chloris



Fig. 1.

Fig. 2.

Tab. III. ostenditur:

- a.* Particula paniculae florentis S. flagelli.
m. n.
- b.* Flos masc. et femin. inter glumas calyc.
communes. m. a.
- c. d.* Flos masc. et femin. seorsim.
- e.* Germen fecundatum. m. a.
- f.* Nux. m. a. *g.* Nucleus. m. a.
- h.* Nucleus transverse sectus.
- i.* Nucleolus.

Flagellum. SCLERIA, culmo triquetro scandente scaberrimo, foliis trifariam retrorsum aculeatis, floribus paniculatis, rachi villosa. *Prodr.* p. 18. —

S. flagellum nigrorum. BERGIVS *Act. Holm.* 1765. p. 144. t. 4. —

S. margaritifera. GAERTNER. *Sem.* 13. t. 2.

Schoenus secans. *Amoen. acad.* 5. p. 391.

Schoenus lithospermus. *Sp. plant.* I. p. 65.

Carex lithosperma. *Syst. nat.* XIII. p. 706.

Grænen cyperoides sylvaticum maximum geniculatum asperius, semine milii folis. — SLOAN. *jam.* 36. *Hist.* I. p. 118. t. 77. f. 1. RAY *hist.* 3. p. 624.

Habitat in *Jamaica, Surinamo, Africa æquinoctiali*, inter vepres et arbores sylvarum.

Culmus altissime scandens, triqueter, flaccidus, subdivisus, striatus, hispidus setis minutissimis, angulique aculeis brevissimis recurvatis scabri.

Folia vaginata, pedalia, linearia, acuta, striata, carinata, superne glabra, linea longitudinali

hispida, subtus hispida, carina marginibusque retrorsum aculeatis.

Vaginae strictae, breves: *Ligula* truncata, pilosa.

Paniculae axillares, *pedunculis* e vaginis foliorum compressis aculeatis; ovatae, ramis simplicibus, patentibus, subvillosis.

Foliola floralia setiformia, brevia ad basin ramorum et pedicellorum paniculae.

Pedicelli alterni, basi vaginula cincti:

Masculi cum *femineis* mixti.

MASC. *Gluma calycina* 6 valvis: *Valvulis* carinatis acutis, superioribus majoribus — apicibus compressis.

Glumae corollinae plures, membranaceae, lanceolatae.

Filamenta tria l. pauciora, setacea, glumarum coroll. longitudine, intra unamquamque valvulam. *Antherae* lineares, luteae.

FEM. *Gluma* 4 & 6 - valvis, uniflora: *valvulis* acutis, carinatis, interioribus brevioribus.

Germen oblongum, obtuse 3 - gonum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* simplex, acutum.

Nux basi calycis persistentis insidens, globosa, ex fusco et albido variegata, apice tuberculato, albido.

Nucleus nucis forma.

mitis. SCLERIA, culmo triquetro — scan-
dente, foliisque laevibus, floribus pa-
niculatis, rachi glabra. *Prodr.* p. 18.
BERGIVS *Act. Holm.* 1765. p. 145.
t. 5.

Carex tenuior altissime scandens, BROWN.
jam. p. 335.?

Habitat in *Jamaica*, *Surinamo*.

Culmus erectus, scandens, triqueter, enodis,
glaber, angulis laevibus.

Folia lanceolato-linearia, leviter carinata latiu-
scula, striata — pallidiora, utrinque glabra.

Vaginae longae, arctae, glabrae: *Ligula* lan-
ceolata, obtusa.

Paniculae e vaginis foliorum superiorum, elon-
gatae, contractae, ramis simplicibus, alternis,
triquetris, glabris.

Flores minutiores, pedicellis brevissimis.

MASC. *Glumae calycinae et corollinae* ut in S.
flagello, sed paulo magis ovatae.

Filamenta tria.

FEM. *Glumae uniflorae*: interiores majores.

Pistillum ut in specie antecedente.

Nux calyci insidens, globosa, nivea, apice tu-
berculato nigro, basi membranula ciliata
cincta.

filifor. SCLERIA, culmo simplici filiformi
mis. laevi, foliis subulatis, spica simpli-
ciuscula, flosculis foliolo filiformi
subjectis glabris. *Prodr.* p. 19.

Habitat in aridissimis petrosis *Jamaicae*
et *Hispaniolae*.

Gramen caespitosum.

Culmus 1 - 2 - pedalis, erectus, simplex, filifor-
mis laxis, acute 3 - queter, glaber.

Folia linearia, carinata, acuta, alterna sessilia nec
vaginantia, margine hispida (lente cartilagi-
neo - ferrata) glabra.

Flores subspicati, monoici.

Spicae terminales, simplices; 1. *pedunculi* 2 - 4,
alterni, pauciflori, quibus *flosculi* 3 - 6, (ma-
sculi femineique mixti) sessiles, approxima-
ti, basi *foliolo* capillari lente ferrato, subjecto.

Squamulae aliquot minutissimae sub valvulis.

MASCULI.

Cal. *Gluma* 4 - valvis. *Valvulae* exteriores mi-
nores, carinatae acutae, apice saepe purpu-
rascentes, clausae.

Cor. *Glumae* plures interiores, minutae, linea-
res, acutae, imbricatae albae.

Filamentum unicum inter singulas valvulas, longitudine glumae. *Anthera* linearis, lutea.

FEMINEI solitarii l. intra glumas calycinas masculularum, ad latus glumarum corollinarum.

Germen subrotundum, albidum. *Stylus* filiformis, longitudine glumarum, ad medium tripartitus. *Stigmata* capillaria, reflexa.

Germen ossificatum oblongum l. subrotundum obtuse 3-gonum, album, durissimum, *semen* includens.

Obs. *Scleriae lithospermæ* accedit, sed differt:

Culmo simplici, brevi;

Floribus subspicatis, nec paniculatis.

hirtella. SCLERIA, culmo simplici filiformi pubescente, foliis linearibus, spica simplici, flosculis hirtis. *Prodr.* p. 19.

Habitat in montosis nemorosis *Jamaicae*.

Gramen vix pedale.

Radices parvae, filiformes, nigrae.

Culmus simplicissimus, erectus, filiformis, 3 - quater, striatus, laxus, pubescens.

Folia basi subvaginantia, distantia, angustissima, linearia, leviter carinata, hirta.

Spica terminalis, simplex: *flosculis* 3 - 4, confertis, sessilibus alternis, monoicis, hirtis.

Foliola floralia *flosculis* parum longiora illisque subjecta, subulata, hirta.

MASCULI.

Cal. *Gluma* 2 - 4 - valvis, 2 - flora, mutica.

Valvulae lanceolatae, acutae, margine ciliatae: *ciliis* ferrugineis.

Gluma una alteraque interior, tenerior, minor, corollina.

Filamenta solitaria. *Antherae* lineares pallidae.

FEMINAE in eodem fasciculo cum masculis, solitariae.

Gluma 2-valvis, uniflora. *Valvulae* lato-lanceolatae, ciliatae.

Stylus 2-3 fidus. *Stigmata* villosa, reflexa.

Germen ossificatum, globosum, nitidum, album; *semen* fovens.

o b s. A *S. filiformi* diversissima primo intuitu distinguitur. —

latifolia. SCLERIA, culmo triquetro folio-
fo erecto laevi, foliis lato-lanceo-
latis nervosis; floribus paniculatis.
Prodr. p. 19.

Habitat in montosis siccis sylvaticis
Jamaicae, praesertim *occidentalis*.

Gramen orgyiale.

Culmus indivisus, foliosus, 3-quetor, substriatus,
laevis.

Folia longa, 1-2-pedalia, basi vaginantia, lato-
lanceolata, latitudine saepe pollicari, nervosa,
longitudinaliter complicantia, striata laevia,
rigida.

Vaginae foliorum antice acuminatae.

Paniculae terminales, l. ex axillis foliorum su-
periorum erectae, strictae, subramosae; *ramu-
lis* alternis, *flosculis* monoicis, masculis et fe-
mineis sparsis distinctis, subsessilibus l. pedi-
cellatis, *foliolo* minuto flosculis undique sub-
jecto.

MASCULI terminales.

Cal. *Gluma* 3-4 valvis, 2-3-flora. *Valvulae*
ovatae, acutae, carinatae, persistentes, glabrae.

Glumae interiores corollinae minores, angustiores.

Filamenta 3 minutissima.

FEMINAE numerosiores, inferiores.

Cal. Gluma 4-valvis, 1-flora. *Valvulae* duae exteriores lanceolatae; duae interiores lato-ovatae acuminatae, persistentes.

Germen subrotundum. *Stylus* apice 3-fidus persistens. *Stigmata* reflexa, villosa, albida.

Semen globosum, subosseum, (Germen induratum) puncto eminente albido notatum.

• B S. Proxima *S. lithospermae*; diversa tamen videtur

Culmo, qui in illa scaber —

Foliis, quae in illa linearia, margine scabra.

Synonyma ad *S. lithospermam* pertinentia, sequentia sunt:

Scirpus lithospermus. *Sp. plant.* ed. 1. p. 5r.

Cyperus maximus americanus, lithospermi semine. MORIS. *hist.* 3. p. 257. 1. 8. *tab.* 11. f. 16. mala.

Carex amboinica. RUMPH. *amb.* 6. p. 20.

Kaden - Pullu. RHEED. *mal.* 12. p. 89. t. 48.

Provenit forte in America: Occurrit in Africa aequinoctiali, (SMEATHMAN) Insulis maris Pacifici, (FORSTER) etc.

Cladi- **SCHOENVS**, culmo obtuse trique-
um. tro folioso laevi, foliis antrorsum
 aculeatis, paniculis diffusis, spicu-
 lis unifloris sessilibus diandris. —
Prodr. p. 19.

Cladium, culmo nodoso, floribus qua-
 si umbellatis, umbellis gradatim af-
 surgentibus. **BROWN.** *jam.* 114.

Habitat in *Jamaicae* paludosis mariti-
 mis. 4.

Culmus 8 - 10 - pedalis, simplex, nodosus, obtu-
 se triqueter l. 3 - gonus, glaber, striatus.

Folia vaginantia, longissima, carinata, latitud.
 semipollicari, dorso et margine cartilagineo-
 ferrata, striata, glabra, rigida.

Vaginae antice clausae, margine ferratae.

Flores paniculati: *Paniculis* lateralibus e vaginis
 foliorum.

Pedunculi universales, solitarii, breves, com-
 pressi, vaginati: *vaginis* numerosis, confer-
 tis, alternis, ex quibus *pedunculi* aliquot
partiales elongati, laxi, diffusi, versus api-
 cem ad vaginulam subdivisi in *pedicellos*
 plures inaequales umbellatos, saepe adhuc
 in umbellulam terminatis, *pedicellis* ultimis
 trifloris.

Spiculae (3-4,) sessiles, ovatae, acuminatae, parvae, ferrugineae, fuscae, uniflorae, diandrae.

Cal. *Spicula* uniflora, oblonga, acuminata, imbricata: *glumis* (squamis) oblongis, acutis, inaequalibus, extimis minoribus 7 - 9, mediis longioribus, 2 - linearibus. *Setae* ad latera glumae intimae germen cingentis, capillares, longitudine glumae.

Filamenta duo, brevissima. *Antherae* lineares.

Germen lineari-oblongum. *Stylus* glumis longior, trifidus. *Stigmata* reflexa, convoluta, persistencia.

Semen unicum, ovatum, acutum, nitidum fuscum.

OBS. *Schoeno Marisco* affinis, et pro ejus LINNEO olim habita variatione, sed diversa mihi videtur:

Calmo altiori, obtuse 3-quetro —

Panicula maxima diffusa, pedunculis pedicellisque longioribus, filiformibus.

Spiculis minoribus, ferrugineis.

SCHOENVS *effusus* Prodr. p. 19. est quasi medius inter *Mariscum* et *Cladium*. Schoeno autem *Marisco* tam assimilatur, ut eum pro distincta specie ulterius non proponere audeam. Lectus est ab HOUSTONO in inundatis maritimis prope *Veram Crucem* — Diversissimus est *S. Cladium* a *Mapania AUBLETII*, cujus affinitatem suspicatus est Cel. JUSSIEU.

Surina-**SCHOENVS**, culmo folioso triquetromensis. tro, pedunculis corymbosis; inferioribus alternis distantibus, superioribus confertis. *Prodr.* p. 19.

S. *surinamensis*, culmo folioso 3-quetro; pedunculis corymbosis, inferioribus alternis; superioribus in umbellam aggregatis. **ROTTBOELL.** *descr. pl.* p. 68. n. 89. t. XXI. f. 1.

Scirpus corymbosus, culmo triquetro folioso; corymbis lateralibus simplicibus, terminali prolifero, spicis subulatis. *Syst. veg.* 14. p. 100. n. 34.

Gramen cyperoides Indianum, foliis varie adumbratis, paniculis graminis pratensis minoris nostratum, ex alis foliorum prodeuntibus. **PLUK.** *amaltb.* p. 112.

Incolit montosa *Indiae occidentalis*: *Jamaicae*, *Surinami*. 4. Habitat etiam in *India orientali*, *Cbina*.

Gramen caespitosum 1 - 4 - pedale.

Culmi simplices, argute triquetri, scabri, inferne foliosi.

Folia vaginata, longissima, culmum aequantia, l. longiora, planiuscula, leviter carinata, striata, linearia, carina margineque ferrato-aculeata, rigidiuscula; superiora breviora, distantia.

Vaginae alternae, confertae carinatae, mucrone antico obtuso.

Corymbi pedunculati, laterales, compositi, foliis breviores, ante florescentiam conferti, nutantes, dein divaricato-patentes.

Pedunculi elongati, ex vaginis foliorum superiorum, solitarii, remoti, laxi; superiores conferti.

Spiculae cylindrico-subulatae, brevissime pedicellatae patulae, ferrugineae.

Bracteae capillares flosculis longiores ad basin pedicellorum.

Glumae spicularum inferiores breviores, ovatae, imbricatae; superiores paulo longiores, inter quas flos medius masculus solitarius; inter exteriores femineae l. hermaphoditus.

Filamenta 3 brevissima. *Antberae* lineares, luteae.

Germen ovatum, marginatum, nigricans; setis 2 - 4 articulatis basi cinctum. *Stylus* longus indivisus. *Stigma* lineare.

Semen unicum, subrotundum, ferrugineo - nigrum.

OBs. *Spiculae* plures saepissime *masculae*, *femineis* carentes.

Figura ROTTBOELLII minus bona, partes vero fructificationis accurate delineatae.

Habitus et affinitas cum *Marisco*, hunc potius ad *Schoenos* transferendum esse, suadent.

Stella- **SCHOENVS**, culmo subtriquetro;
tus. spiculis conglomeratis, involucrio
foliaceo, basi colorato. *Prodr.* p.
19.

S. stellatus. *Choin étoilé*: culmo 3-que-
tro, basi folioso, capitulo glome-
rato, parvo, involucrio stellato co-
lorato pentaphyllo. LAMARK *En-*
cycl. I. p. 741. *Choin* II.

Gramen cyperoides spica compacta al-
ba, — foliis ad spicam partim al-
bis, partim viridibus. SLOAN. *bist.*
I. p. 119. t. 78. f. 1. bona. RAY
bist. 3. p. 624.

Habitat in graminosis *Indiae occidenta-*
lis. 24.

Gramen pedale et infra.

Culmus simplex, erectus, teretiusculus, striatus,
glaber, basi foliis vaginatus, apicem versus
obtusè 3-gonus.

Folia longitudine fere culmi, erecta, linearia
acuminata, integra, striata, glabra.

Vaginae culmum cingentes, collo hirsutae l.
ciliatae.

Flosculi involuocrati.

Involucrum multiplex l. triplex.

Foliola longissima, ternate alterna, patentia, lineari - lanceolata, sessilia, striata, glabra, basin versus nivea l. albo - colorata.

Spicae terminales confertae sessiles, parvae, oblongae, acuminatae, albidae.

Paleae l. *Glumae* fasciculatae, imbricatae, ovatae, acutae concavae vix carinatae, integrae, uniflorae.

Filamenta 3 longitudine glumarum, erecta. —
Antherae lineares, erectae, luteae.

Germen subrotundum. *Stylus* capillaris, glumis longior, medio bifidus. *Stigmata* brevia, erecta, simplicia, capillaria.

Semen subrotundum, compressiusculum, magnum.

OBS. *Kyllingias* refert et forte ab Auctoribus cum illis saepe mixtus fuit, praecipue cum *Kyllingia tricipite*.

Restioi-SCHOENVS, culmo foliisque infer-
des. ne compresso - ancipitibus glaberri-
mis; floribus paniculatis, vaginis api-
ce lanceolatis. *Prodr.* p. 19.

Habitat in *India occidentali*.

Gramen fere orgyiale.

Culmus geniculatus, erectus, tereti - anceps, stri-
atus, glaber.

Genicula tumida.

Folia basi vaginantia, longa, lato - linearia, inte-
gerrima, minutissime longitudinaliter striata,
glaberrima, rigida.

Vaginae ancipites, striatulae.

Paniculae e vaginis terminalibus ancipiti - lanceo-
latis cucullatis erumpentes, subdivisae, ramulis
dichotomis subfastigiatis diffusis, vaginulis un-
dique ad divisuras subjectis, rubro ferrugineis.

Flosculi pedunculati: *spiculis* solitariis l. geminis
sessilibus bifloris, polygamis.

Pedunculi aculeato - ferrati.

Glumae 4 - valves, 2 - florae.

Valvulae decussatae, ovatae, acutae, concavae,
leviter carinatae, subinde ferratae, brunneae.

Filamenta nulla.

Germen 3 - gonum. *Stylus* longus, apice trifidus. *Stigmata* cirrosa.

Setae ferratae pistillo adfidentes.

Flosculus alter minor interior, bivalvis: *Valvulis* aequalibus, lanceolatis.

Filamenta 2 - 3 minuta. *Antherae* luteae.

Pistillum parvum.

o b s. *Schoeno* ejusque speciei *Marisco* proximum gramen admodum singulare, et habitu diversum; notae vero defuere sufficientes, ad illud ab hocce genere distinguendum.

capil. SCHOENVS, culmo triquetro nu-
laris. do, foliisque capillaribus, spiculis fa-
 sciculatis reflexis involucratis: invo-
 lucello diphylo. *Prodr.* p. 20.

Habitat in *Hispaniolae* petrosis gramino-
 sis, praesertim maritimis.

Gramen sub - pedale.

Radices filiformes, subrepentes.

Culmi fasciculati, conferti, nudi, 3 - quetri, fili-
 formes.

Folia culmum aequantia, basi vaginantia, linea-
 ria marginibus convolutis, laxa, striatula.

Spiculae terminales, fasciculatae, involucratae, 3 -
 quetrae, subulatae, reflexo - patentes.

Involucellum sub - 3 - phyllum. *Foliolum* superius
 caeteris multo longius; *tertium* minimum saepe
 deest.

Glumae imbricatae, ovatae acuminatae carinatae,
 ferrugineae, subaequales, striatae.

Stamina solitaria, duo l. tria minutissima.

Stylus 3 - fidus. *Stigmata* brevissima, reflexa.

Semen ovato - trigonum, glabrum, ferrugineum.

Receptaculum (l. *rachis*) persistens, cicatrica-
 tum ex spiculis deciduis.

OBS. Vere floret.

seta. SCHOENVS, culmo triquetro — sub-
ceus. nudo, foliis fetaceis, spiculis aggre-
 gatis, flosculis diandris. *Prodr.* p. 20.

Sch. fetaceus. ROTTB. *gram.* 62. n. 81.
 t. XXI. f. 2. Programm. 1772. p. 14.

S. fetaceus. BERGIUS *Act. belv.* 7. p. 130.
 t. IX.

Habitat in *Indiae occidentalis* pascuis sic-
 cis, *Jamaica*; *Surinamo* (ROLANDER.)

Gramen sub - pedale.

Culmus triqueter, simplex, nudus, fetaceus, de-
 bilis.

Folia fetacea, culmo fere breviora, substriata,
 erecta.

Culmi versus superiora simpliciter 2 - partiti l.
 subdichotomi, *spiculis* axillaribus, pedunculatis
 aggregatis, 3 - 6, subulatis parvis.

Pedunculi inferiores saepe solitarii, unciales;
 superiores conferti, fasciculati, brevissimi.

Glumae inferiores minores ovatae acutae carina-
 tae, arista brevissima terminatae; *superiores* lan-
 ceolatae muticae, apice convolutae.

Filamenta duo, brevissima.

Stylus 2 • fidus. *Stigmata* capillaria.

Setae duae capillares ad latera germinis, longitudine glumae.

Semina subrotunda, margine compressa, apice acuminato, transverse rugosa.

OBS. Planta **CEL. ROTTBOELLII** et **BERGII** omnino eadem species est. Vterque specimina e collectione **ROLANDRI** habuerunt.

gra- **SCHOENVS**, culmo triquetro fo-
cilis. liofo longiffimo filiformi; fpicis la-
teralibus pedunculatis. *Prodr.* p. 19.

Incolit fylvas montium altiffimorum
Jamaicae.

Gramen 3 - 6 - pedale.

Culmus 3 - queter longiffimus, filiformis, fim-
plex, foliofus, laxus, ftriatus.

Folia lineria, longiffima, fessilia, carinata, ftria-
ta, margine ferrata.

Spicae axillares, pedunculatae.

Pedunculi folitarii, elongati, filiformes.

Spiculae fasciculatae minutae, 6 - 10, inaequa-
les, tereti-lineares, fessiles, ferrugineae gla-
brae.

Glumae paleaceae, plures, inaequales: infimae
minutae; caeterae convexae acuminatae imbri-
catae; *interiores* teneriores, minores, uniflorae.

Filamenta 3 breviffima.

Germen subrotundum. **Stylus** subulatus, glumis
vix longior, trifidus. **Stigmata** capillaria re-
flexa.

Semen fere trigonum, minutiffimum, ferrugi-
neum.

Cyperoi-SCHOENVS, culmo triquetro fo-
des. lioso, umbella terminali, spiculis
glomeratis. *Prodr.* p. 19.

Crescit in montibus *Jamaicae* australis.

Gramen 2 - pedale.

Culmus 3 - queter, foliosus, striatus, glaber.

Folia vaginantia, semipedalia, linearia, carinata,
striata, glabra; *carina* foliorum subserrata.

Spicae terminales, umbellatae.

Pedunculi ex vaginis foliorum terminalium plu-
res inaequales, triquetri. *Involucrum* nul-
lum, sed foliola duo alterna, e quorum
vaginis pedunculi surgunt.

Spiculae in glomerulis terminalibus (interdum
compositae) confertissimae, sessiles, acumi-
natae, patentes, ferrugineae.

Glumae paleaceae congestae, inaequales subimbri-
catae: *interiores* teneriores, angustiores, mi-
nores, uniflorae.

Filamenta 3 brevissima. *Antherae* pallidae.

Germen minutissimum. *Stylus* glumis longior,
apice 3 - fidus, persistens. *Stigmata* capillaria,
cirrosa.

Setae binae glumarum longitudine ad basin germinis.

Semen glumis inclusum, obovatum, fere obcordatum, obtuse 3-gonum, ferrugineum, glabrum.

OBS. *Cyperus* non est ob paleas non distichas, nec semen triquetrum.

Diversissimus a *S. umbellato* JACQ. coll. vol. 1. p. 113. et *Icon. pl. rar.* cui omnino facies *Cyperi*, et Involucrum polyphyllum terminale.

pusillus. **SCHOENVS**, culmo triquetro nudo filiformi, spiculis terminalibus subfasciculatis sessilibus, foliolo subjeeto spicam aequante. *Prodr.* p. 20. *Icon Tab. VI.*

Habitat in graminosis saxosis nemorosis montium *Jamaicae australis*.

Gramen 1 - 2 - pollicare.

Radices capillares, simplices.

Culmi erectiusculi, filiformes, capillares, (lente) triquetri, nudi.

Folia radicalia, culmum aequantia, filiformia, basi carinata, vaginantia, margine (lente) ciliata, striata, glabra.

Spiculae 3 - 4 terminales, minutissimae, subfasciculatae, una supra alteram, sessiles, ovatae, acuminatae.

Foliolum subulatum, basi vaginatum, sub spica infima.

Glumae paleaceae, congestae, imbricatae, flores separantes, ovatae, (lente) carinatae, muticae, uniflorae.

Filamenta 3 longitudine palearum. *Antherae* lineares.

Germen subrotundum. *Stylus* filiformis, basi triqueter, apice 3 - fidus. *Stigmata* capillaria reflexa.

Semen subrotundum, obtuse trigonum, scabrum, ferrugineum. (Oculo armato quasi echinatum.)

• B S. Partes fructificationis nudo oculo vix discernendae.

*visco-
sus.*

CYPERVS, culmo sub : triquetro nudo subcompresso, foliis convoluto-teretibus; umbella foliosa decomposita, spicis confertis; spiculis obtusis. *Prodr.* p. 20.

C. viscosus, culmo compresso basi viscido, foliis asperis apice triquetris. AITON. *Hort. kew.* p. 79.

C. odoratus viscosus subteres maritimus, spiculis compressis conglobatis et radiatis. BROWN. *jam.* 129. n. 11.

Occurrit in arenosis subhumidis, juxta vias, *Jamaicae australis.* 4.

Radices confertae, filiformes; longissimae.

Culmus 2 - 3 - pedalis nudus, obtuse triqueter, subcompressus, striatus, pubescens.

Folia radicalia, longitudine culmi, convoluto-teretia, obtuse carinata, strictissima, striata, glabra, ad radicem vaginantia.

Vaginae latae, oblongae, latere membranaceae nervosae; striatae, ad caulem basi adglutinatae, humore viscoso resinoso-odorato.

Involucrum 3 - phyllum.

Foliola longissima, compressa convoluta, apice filiformia, subinde 3 - quetra, stricta, gla-

bra. Foliola minora ad basin inter pedunculos.

Umbella decomposita; *radiis* pluribus, nudis: aliis longissimis, aliis brevissimis, 3-quetris, umbelliferis.

Umbellulae inaequales, pedicellis brevioribus et longioribus horizontaliter patentibus.

Spiculae confertissimae, horizontales, inordinatae, ovatae, obtusae, compressae, *flosculis* distichis.

Glumae imbricatae, distichae, ovatae carinatae, acuminatae compressae, patentes, nec mucronatae.

Filamenta 3 brevissima. *Antherae* pallidae.

Germen 3-gonum. *Stylus* 3-fidus, basi 3-quetris. *Stigmata* reflexa.

Semen 3-quetrum, nigrum, nitidum.

o b s. Optime dignoscitur *viscositate*.

C. eleganti L. accedit, qui vero diversus *foliis* linearibus, *Umbellarum* radis laxis, *spicis* *spiculisque*. cfr. ROTTBÖELL. *descr. pl.* I. p. 34. n. 44. t. 6. f. 4. —

confer- CYPERVUS, culmo triquetro nudo,
tus. umbella simplici foliosa, spiculis
ovatis conglomeratis, glumis apice
recurvis acuminatis. *Prodr.* p. 20.

Habitat in pascuis subhumidis *Jamaicae*
australis.

Gramen 2 - pedale.

Culmus erectus, simplex, nudus, 3 - queter, glaber.
Folia versus basin culmi, vaginantia, linearia,
culmi fere longitudine, erecta, carinata, mar-
gine laevia, glabra.

Involucrum terminale, 3 - phyllum.

Foliola longissima patula, linearia, carinata,
glabra, plana, basi superne canaliculata.

Spicae terminales, subumbellatae.

Radii inaequales 3 - quetri, alii longi, alii bre-
viores l. brevissimi, basi vaginati.

Vaginae truncatae.

Spiculae in formam capituli conglobatae, sessiles,
patulae nec imbricatae.

Paleae distichae ovatae acuminatae carinatae, api-
ce recurvae, fusco - flavae.

Filamenta 2 - 3 inter paleas superiores spicularum,
brevissima. *Antherae* minutissimae.

Germen solitarium l. intra easdem glumas cum fila-
mentis, oblongum. *Stylus* longitudine palea-
rum, apice trifidus. *Stigmata* reflexa.

Semina nuda, angulata, trigona.

brun- CYPERVUS, culmo triquetro nudo,
neus. foliis lato-linearibus planis; umbella
 22-23. 3-phylla, spicis subsessilibus, com-
 pressis, glumis striatis.

Habitat in *India occidentali.*

Gramen 2-3-pedale.

Radices longae, filiformes, fasciculatae.

Culmus argute triqueter, nudus, strictus, glaber.

Folia radicalia, basi vaginantia, lato-linearia,
 plana, erecta, glabra, rigidiuscula.

Umbella terminalis, radiis subdivisis, numerosis
 brevissimis, saepe nullis, quasi spiculae in ca-
 pitulum aggregatae, involucretae.

Involucrum 3-phyllum. *Foliolum* unum cae-
 teris longius, foliis simile.

Spicae lanceolatae, compressae, acutae, ferrugi-
 neae l. brunneae.

Glumae distichae lanceolatae, carinatae, striatae,
 glabrae nitidae.

Filamenta 3 capillaria. *Antherae* flavae.

Germen 3-gonum. *Stylus* filiformis, 3-fidus.

Stigmata erecta, rubra.

Setae duae latiusculae, ad latera germinis.

Semen 3-gonum.

OBS. *C. polystachyo* assimilatur quoad figuram.

РОТТЕ. *descr.* T. XI. f. 1. Descriptio vero
 in multis differt.

bexasta-CYPERVS, culmo triquetro nudo,
chyos. umbella simplici laxa, spicis lineari-
ribus alternis subsenis.

C. bexastachyos, foliis gramineis li-
nearibus molliusculis glaucis; um-
bella simplici flaccida; spicis lineari-
bus alternis subsenis. ROTTBOELL.
descr. pl. 1. 28. t. 14. f. 2.

C. rotundus. L. *Flor. zeyl.* 15. n. 36.
non *Mat. med.*

Habitat in graminosis udis *Jamaicae*.

Gramen 2 - pedale.

Radices filiformes, fasciculatae.

Culmus 3 - queter, nudus, erectus, strictus, sul-
catus, glaber.

Folia ex vaginis membranaceis radicalibus, cul-
mo breviora, linearia, erecta, molliora, gla-
bra.

Umbella terminalis, simplex.

Radii filiformes, 2 - pollicares, laxi, 3 - quetri.

Alii centrales brevissimi.

Involucrum 3 - 4 - phyllum. *Foliola* inaequalia,
lato linearia, erecto - patentia.

Spicae semiunciales, lineares, compresso - ancipites acuminatae sessiles, 4 - 9, subdistichae, viridi - purpurascens.

Glumae 12 - 16 laxe imbricatae, alternae, ovatae, acutae, carinatae, margine antico macula purpurea notatae. *Carina* viridis, striata.

Obs. Diversus a *C. rotundo* L. *Sp. pl.* et *Mat. med.* p. 45.

tenuis. CYPERVUS, culmo triquetro nudo, umbella simplici, spiculis subulatis confertis horizontali-reflexis; foliis involucri lineari-fetaceis. *Prodr.* p. 20.

Habitat in graminosis montosis *Jamaicae occidentalis.*

Gramen pedale.

Radices fasciculatae, filiformes.

Culmus triqueter, nudus, filiformis, erectus, striatus, glaber.

Folia radicalia culmum aequantia, linearia laxa, laevia, basi vaginantia.

Vaginae radicales, latiusculae, striatae, nigricantes.

Umbella terminalis, simplex; ramis brevibus, patentibus, spiculis subdistichis confertis subulatis compressis horizontalibus subreflexis.

Involucrum polyphyllum. Foliola inaequalia patentia, lineari-fetacea, leviter carinata, glabra.

Glumae imbricatae, lanceolatae, acuminatae, ferruginae.

Filamenta plerumque solitaria.

Styli capillares, 3-fidi. Stigmata reflexa.

Setae stylo adfidentes, albidae.

Obs. Affinis *Scirpo retrofracto.* LINN.

filifor- **CYPERVS**, culmo triquetro nudo
mis. filiformi, foliis setaceis, spicis ter-
minalibus sessilibus confertis tereti-
subulatis. *Prodr.* p. 20.

Habitat graminosa nemorosa *Jamaicae*
temperatioris australis.

Gramen 1 - 3 - pedale.

Radices filiformes, longae, nigricantes.

Culmi filiformes, nudi, triquetri, laxi, striati.

Folia setacea, longitudine culmi, laxa.

Spicae terminales, sessiles, confertae; vix in um-
bellam dispositae, tereti - subulatae, leviter fle-
xuosae. (Rachis ad spiculas ubique frangitur.)

Foliolum unum alterumve florale sub spicis, quasi
involucrum, foliis radicalibus consimile, sed
brevius.

Glumae distichae ovatae, acutae, leviter carina-
tae, dorso rotundatae, alternae, approximatae,
ferrugineo - punctatae, carina viridi.

Filamenta solitaria, plerumque intra glumas ter-
minales. *Antherae* lineares.

Germen longum, 3 - gonum. *Stylus* 3 - fidus.

Stigmata latiuscula, fusca, erecta, supra glumas.

Semen glumis inclusum decidit, 3 - gonum.

filifor. KYLLINGIA, umbella terminali simplici, spicis sessilibus pedunculatis, que ovatis, spiculis ovatis acutis, involucreo triphylo, partiali nullo.
Prodr. p. 20.

Habitat in siccis campis graminosis
Jamaicae et Hispaniolae.

Gramen pedale.

Culmus filiformis, simplex, 3-gonus, nudus.

Folia linearia, convoluta, longitudine saepe culmi, carinata, erecta, glabra.

Vaginae minutae.

Umbella simplex, radiis inaequalibus semipollicaribus, aliis brevissimis.

Involucrum 3-phyllum. *Foliola* inaequalia - linearia, carinata, unum alterumve umbella longius.

Spicae parvae, erectae, oblongae, obtusae, flavae; *spiculis* aggregatis, subimbricatis, oblongis, acuminatis, subcompressis, minutis.

Cal. *Glumae* duae, subaequales, ovatae, carinatae.

Cor. *Glumae* subaequales, altera paulo major —
acuminatae, carinatae.

Filamenta 3. *Antherae* minutae, flavae.

Germen subrotundum. *Stylus* apice 3 - fidus.
Stigmata reflexa.

Semen ovatum.

ОБС. Differt a *K. panicea* L. Роттв. *descr.*
pl. I. p. 15. t. IV. f. 1.: (cui proxima.)

Spicis ovatis.

Spiculis ovatis nec subulatis.

Involucro 3 - phyllo.

plantagi- SCIRPVS, culmo tereti ventrico-
neus. fo nudo; spica cylindrico - subu-
4-5. lata terminali.

S. plantaginoides, culmis ventricosus
nudis fulcatis; spica cylindrico -
subulata, terminali; flosculis ob-
longis carinatis. ROTTBUELL.
descr. pl. I. n. 60. t. XV. f. 2.

Habitat in inundatis argillofis *Indiae
occidentalis, Jamaicae etc.*

Culmis simplicissimus, nudus, 2 - pedalis, basi
geniculatus, ventricosus, teres, sulcatus.

Spica terminalis, pollicaris, cylindrico - subulata,
cinerea, imbricata

Squamis subrotundis, latis, carinatis, membra-
naceis, ferrugineo - punctatis; *squamula* bre-
vissima retusa, basi inserta.

Filamenta 3, lata, linearia longa. *Antherae* li-
neares, ferrugineae.

Germen ferrugineum 3 - gonum. *Stylus* 3 - fi-
dus. *Stigmata* erecta, obtusa, albida.

Setae germi adfidentes, stylo dimidio brevio-
res, basi quasi connatae, filiformes, oculo ar-
mato retro aculeatae.

Obs. Distinguitur a *S. geniculato* L. cui *statura* minor.

Spicae breviores, ferrugineae.

Squamae densiores, lanceolatae, apice subinflexo.

Germina ovata, compressa, lutea.

In iisdem locis cum illo provenit, sed rarior.

pauci- OLYRA, floribus axillaribus. *Prodr.*
flora. p. 21.

Gramen floribus axillaribus, foliis ovatis. LOEFL. *it. amer.* 243. 100.

Habitat in *Jamaicae* lucis. ☉.

Gramen pedale.

Radices filiformes, longissimae, radiculis capillaribus lateralibus quasi hirsutae.

Culmi aggregati, patuli, suberecti, simplices, geniculati; teretes, tenues, glabri.

Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, acuta, trapezoidea, angulo recto cum vagina communicantia, nervo brevi albescenti notata, sesquiuncialia, basi semiuncialia, levissime striata; pubescentia, margine retrorsum aspera.

Vaginae culmum arcte amplectentes; subhirsutae, dorso carinato, marginibus obvolutis.

Petioli brevissimi ($\frac{1}{2}$ lineae) lineares, plani.

Summum folium inexplicatum; in acumen convolutum.

Pedicelli florum laterales ex vaginis, filiformes, breves, masculos et femineos simul gerentes.

Spiculae masculae duae minores, brevissime pedicellatae infra femineam, deciduae.

Feminea unica, pedicellata, unicuique pedicello terminalis.

MASC. *Cal. Gluma* bivalvis, uniflora: *Valvulis* lanceolatis membranaceis: interiore angustiore, duarum linearum longitudine; persistentibus.

Cor. nulla.

Filamenta 3 brevissima ut fere nulla. *Antherae* lineares, erectae, flavae longitudine glumae.

FEM. *Cal. Gluma* 2-valvis, uniflora, magna, patula. *Valvulae* ovatae, acuminatae, concavae, una parum majori, subulata.

Cor. Gluma 2 valvis, brevior, cartilaginea.

Exterior major, versus apicem dorso maxime gibbo, marginibus conniventibus: *Interior* linearis, convoluta, inclusa.

Germen lineare, acutum. *Stylus* capillaris, extra valvulas bifidus. *Stigmata* longa plumosa, alba, patula.

Per. Gluma corollina officata, nitens, albidula, compressiuscula.

Semen oblongo-subulatum, compressum, album; uno latere rotundiore, canaliculato.

• B S. Diversissima ab *O. latifolia* LINN. cuius nomen triviale mutavi, et descriptionem in *Obs. bot. dedi.* p. 547.

Floret tempore vernali.

DIGYNIA.

polystachya. SACCHARVM, floribus paniculatis, spicis filiformibus longissimis fastigiatis, flosculis remotiusculis.
Prodr. p. 21.

Habitat in Insula St. Christophori Indiae occidentalis. (MASSON.)

Gramen 3 - 4 - pedale.

Culmus teres, geniculatus, glaber.

Folia vaginantia, latiuscula, carinata; linearia, acuta; integra, glabra.

Vaginae glabrae:

Collum vaginae pilosum:

Panicula terminalis. *Spicae* filiformes, — subpedales, fastigiatae, laxiusculae, subverticillatae.

Rachis filiformis, leviter flexuosa.

Spiculae brevissime pedicellatae, remotae, subsessiliae, parvae.

Cal. *Gluma* 2 - valvis. *Valvulae* lanceolatae, mucosae, planiusculae, corollinis angustiores, sed longiores tenerioresque, pellucidae; *exteriore* paulo longiore.

Pappus valvulis triplo longior, albidus, splendens, basi ad latera valvularum insertus, fasciculatus.


Glumae corollinae aequales ovatae acutae muticae convexae, altera plana, flavescentes, glabrae.

Filamenta 3. *Antherae* lineares, 2-fidae, flavae.


Stylus 2-fidus. *Stigmata* plumosa, ferruginea.

Obs. Simillimum *S. polydactylo* THUNB. *Flor. Jap.* p. 42. (quod diversissimum ab *Androp. polydactylo* L.) illud vero distinctum: *Spi-
eis* fasciculatis, *glumis* corollinis ciliatis: exterioribus aristatis.


Leersia.



Picramnia.



Ernodea.



LEERSIA. PHALARIDIS spec. L.

*Character naturalis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 105.*Charact. essentialis.**Calyx* nullus. *Cor.* bivalvis, clausa.*Locus*: Flores uniflori vagi: post *Saccharum*.*Ord. natur.* IV. *Gramineae* inter *Zizaniam* et
Oryzam.

Dixi in memoriam Jo. Dan. LEERSII, cele-
bris florae Herbornensis Auctoris, Graminea-
rum imprimis oculatissimi scrutatoris.

Tab. IV. repraesentatur:

a. *Leersiae oryzoidis* l. *hexandrae* flosculus
m. n.

b. Idem — m. a. c. Idem antice visus.

d. Flosculus L. *hexandrae* apertus. m. a.e. — L. *oryzoidis*. m. a.f. Flosculus L. *monandrae*.

g. Idem — m. a. h. Idem explicatus. m. a.

i. Semen. m. n. k. — m. a.

monan- LEERSIA, panicula effusa, spicis
dra. remotis laxis, flosculis secundis sub-
rotundis monandris, glumis laevi-
bus. *Prodr.* p. 21.

Habitat in *Jamaicae* cretaceis nemo-
rosis.

Gramen 2 - 3 - pedale.

Culmus simplex, erectus, geniculatus, teres striat-
us, glaber. Genicula distantia.

Folia lanceolato-lineararia, longa, erecta, striata,
glabra, laete virentia.

Vaginae foliorum culmum arcte cingentes,
glabrae.

Panicula terminalis simplex effusa: *ramis* remo-
tis alternis; *flosculis* pedicellatis, subimbricatis
secundis, subrotundis, minutis sem. Milii ma-
gnitudine, viridibus, monandris.

Cal. nullus.

Gluma corollina bivalvis, clausa. *Valvula* ex-
terior subrotunda, carinata, laevissima, muti-
ca: *interior* linearis, exteriori inclusa, carinata.

Filamentum unicum, minimum. *Antbera* lutea.

Germen subrotundum. *Stylus* bifidus. *Stigmata*
plumosa, extra valvulas, albida.

OBS. A caeteris diversissima, tempore vernali
florentem reperi.

hexan- L'EERSIA, panicula effusa, floscu-
dra. lis alternis hexandris, glumis sub-
laevibus. *Prodr.* p. 21.

Incolit aquosa *Jamaica australis.*

Gramen 2 - pedale.

Culmus erectiusculus, basi geniculatus, subdivisus
filiformis, teres, glaber.

Folia lanceolata acuta — patentia, striata, mar-
gine hispida.

Vaginae apertae, imberbes.

Genicula hirsutiuscula.

Panicula terminalis, erectiuscula, simplex, effu-
sa; *ramis* erectis subflexuosis; *flosculis* adpres-
sis, alternis, approximatis, purpurascens.

Calyx nullus. Margo membranaceus, minutissi-
mus ad basin corollae.

Gluma corollina 2-valvis. *Valvula* exterior ma-
jor oblonga, navicularis, acuminata 5-nervis
compressa carinata mutica, interiorem ample-
ctens, purpurea. *Carina* hispidula, (lente ci-
liata.)

Valvula interior linearis erecta, 3-nervis, mar-
gine hispida, acuta, mutica.

Foliola nectarina bina minutissima caduca ad
basin filamentorum.

Filamenta sex, capillaria, brevia. *Antherae* pur-
pureae, lineares, bifidae.

Germen minutissimum, ovatum. *Styli* duo, ca-
pillares. *Stigmata* reflexa, pilosa, pallide pur-
purea.

Semen ovatum.

OBS. A *Leersia oryzoide*, (quae *Phalaris* L.)
optime distinguitur: statura, colore spicula-
rum et numero constanter hexandro.

Vere floret.

conjuga. PASPALVM, spicis duabus horizontalibus conjugatis, spiculis ovatis, culmo erecto, foliis involutis.
Prodr. p. 21.

P. conjugatum. BERGIVS in *Act. helv.*
7. p. 129. t. VIII.

Habitat in graminosis, praesertim subhumidis, *Indiae occidentalis*: vulgare.

Gramen 1 - 2 - pedale.

Culmus simplex, erectus, geniculatus, compressiusculus, glaber.

Folia lineari-lanceolata, spithamaea l. breviora, — integerrima, striata, glabra margine involuta, basi ciliata.

Vaginae compressae, collo villosae.

Spicae duae, conjugatae, sessiles (rarius 3) aequales, 3 - 5 - pollicares horizontales, lineares, flavescentes.

Rachae lineares, compressae, glabrae.

Spiculae ovatae, geminatae, secundae, subsessiles.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* aequales: exterior subrotunda convexa, margine pilis raris albidis obsita; interior plana l. concava, pallide viridis.

Gluma corollina 2-valvis. *Valvulae* exterioribus paulo minores, teneriores, albidae.

Filamenta 3. *Antherae* albidae.

Styli 2 filiformes. *Stigmata* villosa, albida.

o b s. Distinctum a *P. disticho* L. (*Obs. bot.*) cui

Habitus decumbens, *folia* breviora, plana, *spicae* erectiusculae breviores, sub-4-gonae; *flosculi* majores oblongi acuti. — *Genitalia* caerulefcentia, et *color* totius laete viridis.

Vulgo appellatur ab Anglis *Sourgrass*. A pecu-
dibus non editur.

vagina. P A S P A L V M, spicis duabus, spiculis bifariis acuminatis, culmo ramoso geniculato, geniculis vaginatis.
Prodr. p. 21.

Habitat in argillofis graminosis *Jamaicae*.

Gramen pedale.

Radices numerosae, filiformes.

Culmus repens, geniculatus, subdivisus.

Genicula vaginata. *Vaginae* distichae, compressae, latae, striatae, glabrae.

Folia lanceolato-linearia acuta, patentia, collo vaginae pilosa.

Spicae duae, terminales, patentes, unciales, pedicellatae. *Rachis* linearis subflexuosa.

Spiculae bifariae, ovatae, acuminatae, convexo-planae, brevissime pedicellatae.

Glumae calycinae aequales, ovatae, acutae, glabrae.

Corollinae vix minores.

Filamenta 3. *Antherae* purpurascens.

Stigmata purpurea.

OBS. Dignoscitur culmo ramoso, vaginis et spiculis.

filiforme. P A S P A L V M, spica subsolitaria lineari secunda, spiculis alternis ovatis compressis, culmo foliisque filiformibus. *Prodr.* p. 22.

Habitat in campis apricis, duris, *Indiae occidentalis*, vulgare.

Gramen caespitosum, 2 - pedale.

Culmus erectus, filiformis, simplex compressiusculus, vaginatus, striatus, geniculatus.

Genicula nigrescentia.

Folia filiformia, culmum aequantia, semiteretia, subtriquetra, acuta, striata, glabra.

Vaginae foliorum collo subpilosae.

Spica terminalis, subsolitaria, erecta, linearis culmo vix latior, compressa, glabra 2 - 3 - pollicaris.

Rachis linearis, convexa nec plana, paulum flexuosa.

Spiculae alternae, pedicellatae, approximatae, compressae, ovatae, glabrae, latere interno convexiusculae.

Glumae calycinae duae, ovatae, glabrae.

Corollinae longitudine et figura exteriorum.

Filamenta tria. *Antherae* flavae.

Stigmata penicilliformia, caerulescentia.

OBs. In solo fertiliori subinde 3 - 4 - stachyum occurrit, sed rarius, semper tamen filiforme foliisque filiformibus, quibus notis bene dignoscitur a *P. dissecto*, cui habitus prostratus nec caespitosus, folia linearia, flosculi ovales, pubescentes, quodque in locis siccis cretaceis invenitur.

decum. PASPALVM, spica unica secunda,
bens. pedunculis longissimis, spiculis al-
 ternis orbiculato-acuminatis glabris;
 culmo decumbente. *Prodr.* p. 22.

Habitat in montosis aridis et arenosis
Jamaicae occidentalis.

Gramen procumbens vix pedale.

Culmus geniculatus, prostratus, ramosus, divari-
 catus, teres, glaber.

Folia latiuscula, lanceolata, utrinque pubescentia,
 margine subciliata.

Vaginae foliorum longitudine, laeves, collo
 villosae.

Pedunculi e vaginis solitarii, 4 - 6 - pollicares;
 laxi, monostachyi.

Spicae secundae, nutantes, pollicares.

Spiculae orbiculatae, paulum acuminatae alternae,
 secundae, breviter pedicellatae, glaberrimae.

Rachis membranacea, linearis, plana.

Glumae calycinae ovatae, glabrae.

Corollinae fimillimae.

Filamenta 3. *Antherae* pallidae.

Stigmata longa, penicilliformia.

OBS. A congeneribus diversum:

Caule divaricato, diffuso:

Spicis solitariis, axillaribus, longe pedicellatis.

setosum. PANICVM, spica composita, spiculis paniculato - fasciculatis, setis immixtis longissimis; pedunculis subglabris. *Prodr.* p. 22.

Habitat in montosis fruticetis *Jamaicae*.

Gramen 2 - 4 - pedale.

Culmus simplex, erectus, teres, glaber foliosus.

Folia semipedalia, lanceolata, plana, integra, pubescentia.

Vaginae culmum amplectentes, collo villosae.

Spica terminalis composita, pedalis, racemis paniculato - fasciculatis semipollicaribus.

Rachis flexuosae, setosae.

Spiculae 2 - 4 confertae, pedicellatae, inaequales majores et minores, setis immixtae, virides.

Setae flosculis multoties longiores, basi 1 - 3 insertae, flexuosae, oculo armato hispidae, serratae. *Pedicelli* brevissimi, glabri.

Glumae calycinae 2 - valves, 2 - florae. *Valvula exterior* minor; *interior* major, ovata, acuta, carinata.

Valvulae corollinae hermaphroditi aequales, albidae: *exterior* ovata, acuta, subcarinata, concava: *altera* plana, inclusa.

Filamenta 3 minutissima.

Valvulae corollinae Masculi steriles: *exterior* major ovata acuta concava; *interior* minuta plana.

Semen ovatum glumis corollinis hermaphroditi inclusum.

Flosculi minores caeteris immixti plerumque inanes.



Obs. *P. italico* L. proximum; illi vero *spiculae glomeratae, pedicellis hirsutis.*



pilosum. PANICVM, spicis paniculatis alternis secundis, spiculis geminis, altero minore, acuminatis laevibus; rachi compressa pilosa; — culmo divaricato geniculato. *Prodr.* p. 22.

Milium jamaicense polytachyon latifolium, femine duplicato. SLOAN. *Hist.* p. 114.

Habitat in pascuis sylvosis montium Indiae occidentalis.

Culmus 3 - 4 - pedalis divaricatissimus, ramosus geniculatus, vaginatus, compressus, laevis.
Genicula villosa, magna.

Folia lanceolata, acuta, laevia, margine scabra.
Vaginae approximatae, compressae, basi villosae.

Pedunculi ex internodiis vaginantibus, compressi, breves.

Spicae alternae, subsecundae, rigidae.

Rachis lineares, compressae, pilosae; *pilis* longis, raris, patulis.

Spiculae pedicellatae, geminatae; altera multo minore, alternae, acutiusculae, subcompressae, striatae.

Glumae calycinae bivalves, 2 - florae. *Valvula exterior* minuta; *interior* ovata, nervosa, concava.

Gluma corollina Hermaphrod. bivalvis. *Valvulae* ovatae, tenerrimae.

Filamenta 3. *Antherae* purpurascens.

Stigmata plumosa, albida.

Semen oblongum, compressiusculum, minutum.

Gluma coroll. Neutrius 2 - valvis. *Valvula exterior* major concava; *interior* minutissima, plana.

Filamenta nulla.

molle. PANICVM, spicis paniculatis alternis fecundis patentibus, spiculis approximatis pedicellatis fecundis, — culmo adscendente, foliis villosis.
Prodr. p. 22.

Gramen culmo nodoso, distiche foliato et vaginato. BROWN. *jam.* 133.

Habitat in pascuis fertilioribus subhumidis *Jamaicae*.

Culmus 2 - 3 - pedalis, basi decumbens, adscendens, inferne subdivisus, geniculatus teres, crassus, pubescens.

Folia longa, lato-lanceolata basi rotundata, plana, villosa, mollia.

Vaginae culmum arcte cingentes, striatae, pubescentes. *Genicula* crassiuscula, villosa.

Spicae paniculatae, alternae, erectae, patentes secundae; *spiculis* 2 - 3 confertis breviter pedicellatis, approximatis, secundis, versus latus inferioris spectantibus, majusculis, oblongis, fuscis.

Gluma calycina 2 - valvis, 2 - flora. *Valvula exterior* minuta: *interior* ovata, obtusa, striata, pubescens.

Valvulae corollinae Hermaphr. subaequales, ovatae: altera planior.

Filamenta 3. *Antherae* atro - purpurascens.

Stigmata villosa, atro - purpurea.

Semen oblongum, nitidum.

Valvulae coroll. Neutrius inaequales: exterior ovata, striata; fusca; interior plana, albida, minuta.

Filamenta nulla.

Obs: Mollitie ab aliis statim dignoscitur. Culmi crassi quasi succulenti, esca pecudum gratissima.

Jamaicensibus vulgo dicitur *Dutchgrass*, in Surinamo indigenum:

fascicu- PANICUM, spicis paniculatis ere-
latum. Etis subverticillatis fastigiatis; spicu-
 lis secundis subrotundis, pedicellis
 subbifloris. *Prodr.* p. 22.

Habitat in depressis graminosis *Jamaicae.*

Gramen 2 - 3 - pedale.

Culmus geniculatus, erectus, teres, foliosus, gla-
 ber.

Folia pedalia, basi rotundata, lato - lanceolata,
 acuta, longitudinaliter striata margine aspera.

Vaginae longae, striatae, glabrae, margine et
 collo subvillosae.

Spicae terminales semipedales, paniculatae, ere-
 ctae, subverticillatae, alternae, subfastigiatae.

Rachis subflexuosae, strictae, asperae.

Flosculi pedicellati, subrotundi l. ovati, parvi,
 fusci. *Pedicelli* subbiflori, superiores uni-
 flori capillares, hirsutuli.

Cal. *Gluma* 2 - valvis, 2 - flora. *Valvula* exterior
 triplo minor; *interior* ovata, concava, longi-
 tudinaliter lineata, oculo armato reticulata, fer-
 rugineo - fusca.

Gluma coroll. *Hermaphr.* 2 - valvis. *Valvulae*
 ovatae, altera inclusa minor; albidae.

Filamenta 3. *Stigmata* plumosa, albida.

Gluma coroll. *masc.* 2 - valvis, inanis. *Valvu-*
la exterior valv. calyc. interiori similis; *in-*
terior minor, albida, ovata.

caespito- PANICUM, spicis alternis erectis;
sum. spiculis secundis ovatis; culmo
 11 - 12. subramoso repente; ramis diffusis
 filiformibus; foliis ovato-lanceo-
 latis.

Habitat in pascuis siccioribus *Jamaicae*.

Radices longissimae fasciculatae, capillares.
Culmi aggregati, subpedales, basi repentes, subramosi, filiformes, compressi.
Rami diffusi, procumbentes, ascendentes filiformes, foliosi, spicas versus nudi, laxi.
Folia uncialia, ovato-lanceolata l. lato-lanceolata, acuta, integra, striatula.
Vaginae compressae, ancipites, striatae, glabrae.
Spicae terminales, alternae, erectiusculae, pollicares.
Spiculae pedicellatae, plerumque geminatae, secundae parvae, ovatae, virides.
Gluma calycina 2-valvis 2-flora.
Valvula exterior minuta, ovata.
interior major, ovata, acuta, longitudinaliter striata.

*Valvulae corollinae Hermaphroditi ovatae, al-
bidae.*

Filamenta 3. Stigmata villosa, albida.

*Valvulae coroll. Masc. subaequales: interior al-
bida tenerior; exterior viridis, striata.*

Filamentis carent.

Obs. *Panico grossario* L. proximum: sed illi:

Culmus erectior, major, strictior.

*Spicae paniculatae, numerosiores, approxima-
tiores: spiculis confertis, majoribus.*

Cartbagi. PANICVM, spicis paniculatis foliis brevioribus; spiculis secundis ovatis acutis, culmo prostrato geniculato ramosissimo, — vaginis pubescentibus. *Prodr.* p. 22.

Occurrit in graminosis *Cartbagenae Americae meridionalis.*

Gramen.

Radices longae, filiformes, strictae.

Culmus pedalis, ramosissimus, geniculatus, prostratus compressiusculus sulcatus, strictus, glaber.

Rami ex vaginis foliorum, fasciculati.

Folia basi rotundata, lanceolata, acuminata, 2-3-pollicaria, plana; integra, margine subinde undulata, striatula, glabra.

Vaginae foliis longiores, latae, longitudinaliter apertae, striatae, pubescentes, margine colloque valde contractae, subvillosae.

Genicula villosa.

Spicae undique in ramis terminales, paniculatae, foliis plerumque breviores, pollicares, saepe in vaginis occultae.

Spiculae pedicellatae, distinctae, ovatae, acutae viridi - fuscae.

Gluma cal. bivalvis 2 - flora. *Valvula interior* ovata, acuta, concava: *exterior* 3 - plo minor.

Gluma coroll. Hermaphrod. 2 - valvis. *Valvulae* ovatae, obtusae, albidae.

Filamenta 3. *Antherae* albidae.

Semen ovatum glumis inclusum.

Gluma coroll. Masc. 2 - valvis. *Valvula exterior* valv. int. calycinae simillima; *interior* minuta, ovata, plana, tenerior, albida.

Filamentis carent.

nemoro. PANICVM, panicula simplici, ramis distantibus erectis, flosculis remotis ovatis acuminatis; culmo decumbente geniculato, vaginis colloque pilosis. *Prodr.* p. 22.

Habitat in nemorosis praesertim montium *Jamaicae*, *Hispaniolae*.

Gramen 1 - 2 - pedale.

Radices et radicae longissimae, filiformes.

Culmus decumbens basi reptans, adscendens subramosus, geniculatus, ad genicula radicans, teres, striatus, pubescens l. glaber, laxis.

Rami ex vaginis foliorum, hirsutuli.

Folia disticha, basi oblique elliptica, altero latere inaequalia, acumine lanceolato, integerrima, subundulata, tenuissima, subtilissime striata, subtus glabra, supra pilosa.

Vaginae ad genicula breves, antice apertae, striatae hirsutae, collo pilosae.

Genicula majuscula, villosa. *Villus* albus.

Paniculae parvae simplices, erectae ex pedunculis terminalibus et axillaribus, ramis distantibus erectis, brevibus, paucifloris; flosculis pedicel-

latis, remotis, sparsis, ovatis, acutis, parvis, viridibus.

Gluma calyc. 2-valvis. *Valvulae* oblongae subaequales, apice subaristatae.

Gluma coroll. *Hermaphrod.* bivalvis. *Valvulae* oblongae obtusae albidae; altera minor et inclusa.

Filamenta 3. *Antberae* pallidae.

Styli 2 longiusculi. *Stigmata* plumosa, albida.

Gluma coroll. *Masc.* bivalvis. *Valvula* exterior ovata acuta concava, includens *interiorem* minorem ovatam acutam teneriorem.

Filamenta 3. *Antberae* purpureae.

acumi- PANICVM, paniculis simplicibus fo-
natum. liis brevioribus, ramis capillaribus
 diffusis, spiculis remotis obovatis;
 culmo decumbente geniculato ra-
 moso, foliis lanceolato - subulatis
 erectis vaginisque villosis. *Prodr.*
 p. 23.

Incolit campos arenosos *Jamaicae* mon-
 tosaе.

Gramen spithamaeum.

Culmus repens, (in solo fertiliori erigitur) ramo-
 sus geniculatus, vaginatus, teres, tomentosus.

Ramuli adscendentes breves subunciales, folio-
 si, vaginati, teretes, geniculati, tomentoso-
 hirsuti.

Folia semiamplexicaulia, brevia, lato - lanceola-
 ta, integra, acuminata, erecta plana, margine
 hirsutissima, mollia, villosa.

Vaginae foliorum parvae, hirtae, ligula hir-
 suta.

Paniculae terminales, minutae, brevissimae, fo-
 liis breviores, simplices.

Racemuli simplices; *flosculis* pedicellatis minu-
 tis, ovatis, obtusis: *pedicellis* undulatis, bre-
 vibus.

Gluma calycina bivalvis, biflora. *Valvula interior* ovata concava striata hirta; *exterior* minuta. —

Gluma corollina Hermaphrod. bivalvis. *Valvulae* ovatae.

Filamenta 3. longitud. glumarum. *Antherae* purpurascens.

Stigmata villosa, atropurpurea, brevia.

Semen oblongum, nitidum.

Gluma coroll. *Masc.* 1. *Neutr.* 2-valvis. *Valvula exterior* interiori calycinae similis, ovata, striata; *interior* minima, plana, albida.

rigens. PANICVM, panicula simplici rigida patente, culmo ramoso decumbente, foliis horizontalibus scabris.
Prodr. p. 23.

Habitat in graminosis Alpium *Jamaicae* cum *Apluda Zeugite*.

Culmus pedalis et ultra, decumbens, subrepens, ramosus, geniculatus, vaginatus teres, striatus, glaber.

Vaginae ad basin ramorum elongatae, amplexantes, striatae, glabrae.

Ramuli adscendentes, filiformes, stricti, subdivisi, vaginati, foliosi, teretes.

Folia culmum semiamplectentia, lanceolata, latiuscula, uncialia, acuminata, horizontaliter patentia, rigida, striata, tactu scabriuscula.

Vaginae foliorum culmum cingentes, sed liberae, striatae, scabrae.

Panicula terminalis, rigida, parva, oblonga, patens, racemulis alternis distantibus, subdivisis, capillaribus brevibus, scabris.

Flosculi remoti, ovati, minuti.

Gluma calycina bivalvis, biflora. *Valvulae* subaequales, ovatae, obtusae, concavae, rigidae, striatae, striis purpureis.

Glumae corollinae Hermaphr. calycinis paulo minores tenuiores, albidae.

Filamenta 3 brevia. *Antherae* ovatae, majusculae 2-fidae, verticales, luteo-albidae.

Styli glumis longiores. *Stigmata* villosa, longa, recurva, albida.

Semen subrotundum, nitens, minutissimum.

Glumae coroll. Neutr. *Valvula exterior* ovata striata, magnitud. *Glum. cal. inter.* *Valvula interior* tenera, minor, albida.

Obs. Gramen rigiditate peculiare.

fuscum. PANICUM, panicula simplici, ramis erectis, flosculis secundis geminis, altero brevius pedicellato, culmo erecto subdiviso; foliis lato-lanceolatis. *Prodr.* p. 23.

Habitat in graminosis uliginosis Jamaicæ.

Gramen 1 - 2 - pedale.

Culmus erectus, versus radicem subdivisus geniculatus, teres, pubescens.

Folia basi retusa obliqua, lato-lanceolata, integra glabra striata, 3 - 4 pollicaria.

Vaginae longae, *ligula* contracta, oculo armato hirsutulae.

Paniculae pedunculatae, pollicares et ultra; pedunculo filiformi longo: ramis simplicibus erectis; flosculis secundis geminis, altero sessili l. brevius pedicellato; fusco-viridibus ovatis.

Pedicelli subinde 2 - flori.

Gluma cal. 2 - valvis biflora: *Valvula* exterior minor, interior ovata. Caetera uti in *P. Carthaginensi*.

OBS. *P. Carthaginensi* simile, sed

Culmus minime ramosus, *vaginae* contractionibus, *paniculis* pedunculatis, *flosculis* geminatis, *glumis* ovatis nec acutis.

laxum. PANICUM, panicula simplici nutante, ramis capillaribus, spiculis approximatis alternis adpressis; culmo filiformi flaccido; foliis lineari-lanceolatis. *Prodr.* p. 23.

Milium jamaicense polytachyon, seminibus parvis. SLOAN. *herb.* — *Hist.* I. p. 114.

Habitat in *Jamaicae* nemoribus aridis.

Gramen 2 - 4 - pedale.

Culmus subdivisus, filiformis, laxissimus, compressiusculus, striatus, laevis.

Folia lato-linearia, striata, laevia, patentia.

Vaginae arctae, laeves.

Panicula terminalis nutans, ramis capillaribus subdivisis, patentibus erectiusculis, flexuosis.

Flosculi minutissimi, pedicellati, adpressi, approximati ovati, laete virentes.

Gluma cal. 2 - valvis, 2 - flora. *Valvula exterior* dimidio minor; *interior* paulo major; omnes ovatae, acutae concavae striatae, margine obtuse carinatae, (lente) ciliatae.

Gluma corollina Hermaphr. *Valvulae* aequales, calycinis minores, ovatae, concavae.

Filamenta brevissima; *Antherae* flavescentes.

Stigmata plumosa, sanguinea.

Semen subrotundum, nitens, minutissimum.

Gluma corollina Masc. *Valvula exterior calycinae* similis; *interior*

Obs. Sub fine anni floret.

flaves- PANICUM, panicula simplici erecta
scens. stricta, ramis subfastigiatis, infimis
oppositis, spiculis approximatis se-
cundis, pedicellis bifloris. *Prodr.*
p. 23.

Occurrit in aridis *Jamaicae* australioris
rarius.

Gramen 3 - 4 - pedale.

Culmus simplex, erectus, teres, superne com-
pressus pubescens.

Folia longa, lata, plana, integra, striata, paten-
tia, laevia.

Vaginae arctae subhirtae.

Panicula terminalis, erecta, stricta; ramis sim-
plicibus alternis subfastigiatis patentibus; infimis
oppositis, compressiusculis, laevibus.

Flosculi pedicellati, rachi adpressi, approxima-
ti secundi, ovati, obtusi glabri, flavescen-
tes!

Pedicelli biflori, aequales.

Glumae calyc. 2 - valvis, 2 - flora. *Valvula* ex-
terior triplo interiori minor, ovatae, obtusae
concavae, striatae, pellucidae.

Glumae coroll. Hermaphr. Valvulae ovatae, concavae.

Filamenta brevia. Antherae parvae purpureae.

Stigmata villosa, sanguinea.

Semen oblongum, nitens, flavescens.

Glumae coroll. Masc. Valvula exterior concava ovata, striata; interior plana tenerior, albida.

Filamenta

025. Species singularis ob colorem constantem flavescentem, quod non in aliis.

*diffu-
sum.* PANICVM, panicula simpliciuscula
capillari patente, flosculis remotiu-
sculis acutis; culmo decumbente
simplici, foliis linearibus, collo vil-
loso. *Prodr.* p. 23.

Milium jamaicense angustifolium, pa-
nicula sparsa. SLOAN. *Hist.* I. p.
114.

Provenit in graminosis siccis *Indiae oc-
cidentalis*, vulgare.

Culmus pedalis, (interdum 2 - pedalis) decum-
bens, adscendens simplex, filiformis teres, fo-
liosus, glaber.

Folia linearia, longa, acuta, erecta, striata, laevia.
Vaginae striatae, collo et fauce villosae.

Genicula purpurascencia.

Panicula terminalis; ramis simpliciter subdivisa
alternis patentibus, capillaribus, flexuosis, ri-
gidulis.

Flosculi remotiusculi pedicellati, ovati, acuti,
glabri.

Gluma calyc. 2 - valvis, 2 - flora. *Valvulae* ova-
tae, acutae, glabrae; exterior dimidio minor.

Glumae

Glumae coroll. Hermaphr. aequales, calyc. minores, pellucidae, albidae.

Antherae purpureae. Stigmata villosa, sanguinea.

Semina subrotunda, flava, nitida.

Glumae coroll. Masc. Valvula exterior ovata, acuta, glabra; interior minuta, plana, albida.

Filamenta 1,- 3 minuta sterilia.

Obs. *P. repenti* L. multum assimilatur; illi autem

Habitus rigidior et *Culmi* repentes.

Folia patentia, subdivaricata, latiora, valde striata, margine scabriuscula, *Vaginis* subdistichis; culmum fere vestientibus.

Panicula magis subdivisa, *Flosculis* obtusioribus, pallidis.

Oryzoides. PANICVM, panicula subsimplici, ramis erectis, spiculis remotiusculis ovatis acutis; culmo erecto indiviso, foliis lato-lanceolatis basi rotundatis, vaginis fulcato-striatis. *Prodr.* p. 23.

Milium jamaicense arundinis folio.
SLOAN. *bist.* p. 104.

Habitat in nemorosis montosis Jamaicae australis.

Culmus 3 - 4 - pedalis indivisus, erectus, teres foliosus, glaber.

Folia lato-lanceolata, spithamæa basi rotundata, integra, longitudinaliter striata glabra.

Vaginae contractiores, fulcato-striatae.

Panicula terminalis, pedalis, simpliciuscula, erecta. *Rami* alterni, erecti, strictiores angulati, subflexuosi, glabri.

Spiculae magnæ, ovatae, acutæ glabrae, pedicellatae, plerumque geminatae, altera brevior.

Gluma calycina bivalvis, 2-flora. *Valvula* exterior major sed brevior, lata, acuta, leviter

carinata; interior paulo longior, ovata, carinata, striata.

Gluma coroll. Hermaphr. bivalvis, pallida. *Valvula exterior* ovata, acuta, includens *interiorem* minorem planiusculam.

Filamenta 3. *Antherae* pallidae, steriles?

Stylus bifidus. *Stigmata* longiora, plumosa pallide purpurea.

Gluma coroll. Masc. 2-valvis. *Valvula exterior* major, acuta, viridis; *interior* paulo minor ovata, acuta, albida.

Filamenta 3. *Antherae* purpureae.

Semen fosc. Hermaphr. *Valvulis* induratis flavis nitidis inclusum.

OBS. Dignoscitur *Spiculis* omnium facile maximis.

pallens. PANICVM, panicula composita ovata, ramis confertis erectis, spiculis ovatis subulatis; culmo subdiviso geniculato, foliis ovato-lanceolatis, vaginis collo margineque ciliatis.
Prodr. p. 23.

Apluda Zeugites. AUBL. *Guian.* sec. herb. ejus.

Provenit in nemorosis herbidis Jamaicae.

Culmus 1 - 2 - pedalis, geniculatus, teres, foliosus, ad genicula subdivisus, sulcatus, striatus. *Nodi* majores, approximati, fusci.

Folia basi obliqua, ovata, acuminata, leviter carinata, integra, longitudinaliter striata, glabra.

Vaginae majusculae saepe ventricosae, striatae, margine ligulaque ciliato-villosae.

Paniculae terminales, ovatae, compositae.

Pedunculi ex vaginis superioribus, filiformes, longi, laxiores.

Rami paniculae conferti in formam thyrsi, erecti.

Spiculae pedicellatae, approximatae erectae, pallide virides, minores.

Gluma calyc. bivalvis, 2-flora. *Valvula interior* ovato-lanceolata, acuminata; *exterior* triplo minor, ovata, acuta.

Glumae corollinae Hermaphr. *Valvulae* minutae, ovatae, nitidae albae duriusculae; una paulo minor, altera inclusa.

Filamenta 3. minutissima. *Antherae* purpureae.

Stylus bifidus. *Stigmata* plumosa, purpurea.

Glumae coroll. Masc. *Valvulae* subaequales, lanceolatae: *exterior* viridior; *interior* tenerior *exteriore* involuta.

Semen fosc. Hermaphr. oblongum, albidum, nitidum.

Arūdi- PANICVM, panicula composita
naceum. ovata contracta stricta, spiculis
subrotundis; culmo subdiviso ge-
niculato, foliis lato - lanceolatis
acuminatis rigidis. *Prodr.* p. 24.

Occurrit in montibus altis *Jamaicae*
juxta praed. *Coldspring* paroeciae
St. Andreae.

Culmus orgyialis erectus, inferne geniculatus
subdivisus, teres, foliosus, glaber.

Folia lato - lanceolata basi ovata apice acuminata,
erecta, longitudinaliter lineato - nervosa, stria-
ta, glabra, rigida.

Vaginae arcatae, collo contracto villosa, stria-
tae, longae.

Genicula parva, nigra annulata.

Panicula terminalis, erecta, ovata, densa, con-
tracta, ramosa, stricta; ramis ramulisque ca-
pillaribus, strictis.

Spiculae subrotundae, minutae, numerosae, pe-
dicellatae, pallide virides.

Cal. *Gluma* bivalvis, biflora. *Valvulae* subae-
quales, convexae, ovatae, striatae, virides:

exterior apice ciliata, matura adhuc villosa, altera glabra.

Glumae coroll. Hermaphrod. Valvulae ovatae, flavae, nitidae.

Antherae albidae. *Stigmata* minutissima, villosa, albida.

Semen album, nitens.

Glumae coroll. Masc. Valvulae minores ovatae, flavae; altera minore.

Filamenta 2 - 3. *Antherae* minutissimae.

lana. PANICUM, panicula composita erecta glabra, spiculis ovatis; culmo ramoso, foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, vaginis lanuginoso-hirsutis. *Prodr.* p. 24.

Habitat in *Jamaicae* graminosis subalpinis.

Culmus orgyialis et infra, ramoso-geniculatus, teres pubescens.

Rami divaricati, foliosi, hirsuti.

Folia ovato-lanceolata acuminata, semipedalia, patentia, striata, lanuginoso-hirsuta, mollia.

Vaginae antice apertae, hirsutissimae.

Nodi majores.

Paniculae terminales, compositae, semipedales, erectae.

Rami patentes, flexuosi glabri.

Spiculae pedicellatae, ovatae, glabrae, majores, remotae.

Pedicelli capillares.

Gluma calycina 2-valvis, 2-flora. *Valvula exterior* dimidio minor, ovata, obtusa, apice villosa; *interior* major, ovata striata concava, leviter carinata, apice villosa.

Glumae coroll. Hermaphr. Valvulae ovatae pallidiores.

Filamenta 3. Antherae purpureae.

Stylus 2-fidus. Stigmata plumosa.

Semen Valvul. coroll. induratis luteis inclusum, hinc ovatum, inde planum.

Glumae corollina Masc. Valvula exterior major, concava, ovata, acuta, glabra, carinata; interior plana minor, tenerior.

Filamenta mihi non visa.

*maxi-
mum.* PANICVM, panicula composita ca-
pillari patente, ramis racemosis; no-
dis articulorum vaginisque basi hir-
sutis.

Panicum polygamum. Prodr. p. 24.

Panicum maximum, paniculae elonga-
tae ramis racemosis patentibus,
pedunculis plerisque ultra flores pro-
ductis. JACQ. *coll. v. l. pag. 76.*
Icon plant. rarior.

Holcus affurgens, culmo compresso,
spica laxa spatiosa. BROWN. *jam.*
366. n. 2.

Habitat in pascuis cultis siccis *Indiae
occidentalis*; ubi etiam colitur. Olim
ex oris Africae Ins. Antillis alla-
tum.

Radix repens, perennis. *Fibrae* crassae, albae.
Culmi ex radice plures 5 - 10 - pedales, erecti com-
presso - teretiusculi, simplices, laeves, *articulis*
incrassatis remotis, hirsutis.

Hirsuties alba.

Folia latiuscula, lanceolata, versus apicem con-
voluta acuta, lineata, glabra, pedalia margi-

ne scabra, (denticulis quasi ferrata,) basi prope vaginas hirta.

Vaginae striatulae, contractiores, basi pilosae.

Panicula terminalis, erecta, patens, pedalis et ultra.

Rami racemosi, infimi verticillati, superiores plerumque gemini, sparsi, alterni, subflexuosi, basi pubescentes.

Flosculi pedicellati, numerosi, alterni, ovato-acutiusculi, racemo adpressi, subsecundi.

Pedicelli breves, subflexuosi.

Spiculae polygamae, l. hermaphroditi et masculi distincti, l. masculi et feminei distincti, l. masculi et feminei soli.

Cal. Glumae 2 - valves, 2 - florum. *Valvula exterior* minima; *interior* oblonga, acutiuscula pallida.

Glumae corollinae Hermaphroditi Valvulae ovatae, convexae, muticae.

Filamenta tria brevissima. *Antherae* oblongae, rubrae l. pallidiores.

Germen oblongum, *Styli* longi. *Stigmata* villosa, sanguinea.

Glumae corollinae Masc. Valvula exterior ovata, valv. ext. calyc. consimilis; *interior* minuta, plana, oblonga, albida.

Filamenta 3 brevia. *Antherae* lineares, pallidae.

Loco *Hermaphroditi* floris invenitur saepe flos *femineus*, intra glumas corollinas, cum *Masculo* laterali; vel

Femineus solus absque *Hermaphrodito* et *Masculo*.

Semen oblongum, nitidum.

OBs. *Gramen*, quod Jamaicensibus a patria putata nuncupatur *Guinea Grass*, jumentis pecoribusque gratissimum est, et floret praecipue mense Octobri. —

Pedunculi ultra flores in hac specie saepe producti, aristas mentientes, de quibus mentio facta in JACQ. Collect. l. c. in pluribus speciebus occurrunt.

birsu- PANICVM, panicula composita ca-
tum. pillari patente; culmo vaginisque
 setoso - hirsutis; foliis lanceolatis
 acuminatis nervosis strictis.

Habitat in *Jamaicae* et *Hispaniolae* gra-
 minosis, rarius.

Culmus 4 - 5 - pedalis, simplex, teres, foliosus;
 hirsutus.

Folia lanceolata, latiuscula, 2 - pedalia, acumina-
 ta, erecta, longitudinaliter nervosa, stricta.

Vaginae arctae, sulcato - striatae, setoso - hir-
 sutae.

Panicula terminalis, pedalis, composita, erecta.

Rami verticillati, capillares patentes, oculo ar-
 mato asperi.

Spiculae pedicellatae, remotiusculae, parvae pal-
 lide virides.

Gluma calycina 2 - valvis 2 - flora.

Valvulae ovatae, acuminatae, concavae, stria-
 tae: exterior dimidio minor.

Gluma coroll. Hermaphrod. Valvulae ovatae, acu-
 tae, albidiores.

Antherae purpureae. Stigmata plumosa, albida.

Glumae coroll. flor. Neutr. Valvula exterior caly-
 cinae interioris similis; interior tenerior, albida.

Obs. P. *maximo* affinis, hirsutiae imprimis di-
 versum.

glutino. PANICVM, panicula composita patente, ramis flexuosis, spiculis remotis glutinosis; culmo erecto simplici, foliis latioribus. *Prodr.* p. 24.

Gramen miliaceum sylvaticum maximum, femine albo. SLOAN. *jam.* 34. *Hist.* I. p. 114. tab. 71. fig. 3.

Habitat in sylvis montium altissimorum *Jamaicae australis.*

Culmus 3 - 4 - pedalis, erectus, simplex, glaber foliosus.

Folia lato - lanceolata, (pollicis latitudine) plusquam pedalia acuminata, erecta, basi rotundata, margine piloso - ciliata, lineata, glabra, lente et tactu subtus scabriuscula.

Vaginae longae, arctae, glabrae, collo contracto. **Ligula** villosa.

Panicula fere pedalis, erecta, patens, composita. **Rami** subverticillati, sparsi, basi infima villosi, patuli, subdivisi, flexuosi, rigidiusculi: ultimis capillaribus.

Spiculae pedicellatae, remotae, subrotundae, majores, glutinosae, nitentes.

Pedicelli flexuosi, capillares.

Glumae calyc. 2 - valvis, 2 - flora.

Valvulae aequales, ovatae, obtusae, glabrae, glutinosae.

Glumae corollinae Hermaphrod. *Valvulae* minores, albidae.

Filamenta 3. capillaria, albida. *Antherae* purpureae.

Stigmata pilosa, purpurea.

Semen subrotundum, duriusculum, album, nitens.

Glumae coroll. fl. Neutr. *Valvula exterior* ovata obtusa glabra: *interior* minor, tenerior.

OBs. Ob latitudinem foliorum vulgo appellatur Jamaicensibus *Ginger Grass* l. Gramen zingiberinum.

Glutinositatis causa peculiare, qua spiculae tactu adhaerent.

trichoides. PANICUM, panicula ramosissima patente, ramis ramulisque subdivisis capillaribus; culmo declinato geniculato, foliis ovato-lanceolatis glaberrimis. *Prodr.* p. 24.

Panicum brevifolium, paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. *Syst. veg.* 14. p. 107. 33.

Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea, femine albo. SLOAN. *jam.* 86. *Hist.* I. p. 115. t. 72. f. 3.

Gramen miliaceum latiore folio, maderaspatanum. PLUK. *alm.* 176. t. 189. f. 4.

Holcus sylvaticus minor, panicula sparsa, foliis brevioribus lanceolato-ovatis. BROWN. *jam.* 366. i.

Habitat in graminosis intertropicis. Provenit in subalpinis Jamaicae australis.

Culmus 1 - bipedalis, declinatus, geniculatus, subinde radicans, basi subdivisus, laxis, teres glaber foliosus.

Nodi approximati, glabri.

Folia

Folia ovata, acuta, l. ovato-lanceolata, basi rotundata obliqua, integra, patentia striata glabra.

Vaginae arctae, longitudinaliter striatae ciliatae.

Ligula aperta pilosa.

Paniculae terminales, erectae, ramosissimae, patentes, e sinu folii summi culmi, spathae instar, saepe surgunt.

Rami alternatim conferti, multifariam subdivisi, patentissimi, capillares, ut ultimi visum fere fugiant.

Spiculae distinctae, pedicellatae, minutissimae, oblongae, virides.

Gluma cal. 2-valvis, 2-flora. *Valvula exterior* minima; *interior* ovata, vix acuta, striatula.

Glumae coroll. Hermaphrod. *Valvulae* aequales, ovatae.

Filamenta 3. *Antherae* albae.

Stigmata plumosa, pallida.

Semen oblongum, nitens, minutissimum.

Glumae coroll. Masc. 1. Neutr. *Valvula exterior* ovata acuta, *interior* minuta plana, albida.

Obs. Pluribus speciminibus *P. brevifolii* ex India orientali (quod diversum esse credidi, *Obs. bot.* 37.) comparatis, species jamaicensis distincta ab illo non videtur, licet

major et magis patens, glumisque vix obtusioribus. *Calyces* in utroque etiam biflori. Et *Folia* saepe variant modo latiora modo angustiora. Dantur vero aliae species foliis similiter brevibus: nomen itaque triviale *Linnei* jure mutandum esse existimo.

MILIVM capillare, panicula diffusissima; pedunculis longissimis, capillaribus; floribus nutantibus, minimis. ROTTBOELL. *act. lit. Hafn.* 1778. 271. quod *Panicum capillare* ROLANDI, in Surinamo lectum, huic valde affine l. solam varietatem esse, specimina ejus indigitant. *Differt* omnibus partibus majoribus, (praeter spiculas minutissimas,) et vaginis laevissimis, foliis vero pubescentibus. Gluma tertia calycina, quam cel. viri ROLANDER et ROTTBOELL adesse negant, in multis spiculis, quamvis exilis, invenitur. (Herb. BERG.)

pani- MILIVM, spicis subdigitatis alternis
ceum. patentibus filiformibus, flosculis tri-
gonis muticis geminatis pedicellatis
secundis. *Prodr.* p. 24.

Habitat in aridis subulosis *Jamaicae au-*
stralis.

Culmus pedalis filiformis, simplex, erectus, te-
retiusculus, striatus, glaber.

Folia linearia, erecta, basi carinata, laevia.

Vaginae fauce pilosae, dorso carinatae pube-
scentes.

Pedunculus elongatus filiformis, erectus, teres.

Spicae terminales, subdigitatae l. 3 - 4 alternae ap-
proximatae, filiformes, patulae.

Rachae 3 - quetae, margine membranaceae, ser-
ratae, flexuosae.

Flosculi pedunculati, geminati: altero parum bre-
viore, minuti, ovati, acuti, 3 - goni, alterni,
secundi, secundum flexuras rachi adpressi.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* subaequales,
ovatae, acutae, striatae, margine subciliatae;
exterior convexa, includens alteram planam.

Gluma coroll. Valvulae magnitudine calycis, ejusdem forma, glabrae, fuscae, nitentes.

Filamenta 3. *Antherae* luteae.

Stigmata reflexa, villosa, purpurea.

Semen ovatum, minutum, valvulis corollinis nigricantibus inclusum.

Obs. Distinctum a *M. cimicino* L. cui flosculi majores compressi et aristati; nec non racemi quaterni ex uno puncto.

digita- MILIVM, spicis digitatis subquater-
tum. nis subsessilibus, flosculis acutis mu-
 ticis geminatis adpressis secundis;
 foliis margine cartilagineo ferratis.
Prodr. p. 24.

Habitat in pratis aridis *Jamaicae au-*
stralis.

Radices filiformes.

Culmus pedalis, simplex, filiformis, erectus, gla-
 ber, basi compressus.

Folia lanceolata, brevia, striata, glabra margine
 cartilagineo - ferrata.

Vaginae compressae glabrae, fauce pilosae; ra-
 dicales hirsutae.

Spicae terminales pedunculo longiori, digitatae,
 3 - 4, subsessiles, bipollicares, erecto - patentes,
 filiformes.

Rachae leviter flexuosae, strictae, margine car-
 tilagineo - ferratae, purpurascentes.

Flosculi brevissime pedicellati, geminati, alte-
 ro paulo longiori, alterne rachi adpressi se-
 cundi, acuminati. *Pedicelli* ferrati, 3 - quetri.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* aequales, *exteriore* convexa; *interiore* plana; acuminatae, striatae, margine ciliatae.

Glumae coroll. *Valvulae* aequales lanceolatae acutae.

Filamenta 3. *Antherae* purpurascens.

Stigmata reflexa, purpurea.

Semen oblongum, fuscum, nitens.

o b s. Valvula accessoria minutissima ad basin exterioris valv. calyc. subinde invenitur, sed raro, unde *panicis* spicis digitatis adfinc.

Diversum a *M. cimicino* L. spicis non pedunculatis et flosculis muticis.

Et a *M. paniceo* (v. supr.) spicis digitatis erectis, et flosculis acuminatis nec ovatis.

compres- MILIVM, spicis subternis, flosculis
sum. alternis muticis rachi adpressis; cul-
 mo medio articulato compresso, pe-
 dunculis longissimis. *Prodr.* p. 24.

Provenit in pascuis sterilibus *Jamai-*
cae vulgaris, plerumque subalpinis.

Radices albae, filiformes; perennes.

Culmus pedalis et ultra, glaber, arcte compres-
 sus, medio articulatus, ibique pubescens.

Folia longa, linearia, integra, lineata, glabra,
 pleraque radicalia. *Vnicum* in medio culmi,
 vaginans lato-lanceolatum, 2 - 3 pollicare,
 erectum, basi rotundatum, sinu et margine
 pubescens.

Vagina longissima, ancipiti-compressa, stria-
 ta glabra; *radicales* breviores, compressae.

Pedunculi 4 - 8, longissimi (longit. culmi) e si-
 nu vaginae folii medii, filiformes, glaberrimi,
 triquetri.

Spicae lineares subternae, plerumque binae. Ter-
 tia (si adest) infera, remota.

Rachis erectiusculae, triquetrae, flexuosae, lac-
 ves, post florescentiam rubescentes.

Flosculi lineares, alterni, subimbricati, secundi, sessiles, duobus lateribus rachi adpressi, compressi.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* lineares, acutae, muticae, oculo armato margine villosae, virides.

Gluma corollina 2. valvis. *Valvulae calycinis* dimidio minores, tenerrimae.

Filamenta 3 albida minutissima. *Antberae* lineares, albidae.

Stigmata villosa pallida, alba.

Seimen compressum, lineare.

purpura-
scens. AGROSTIS, panicula contracta
elongata, ramis adpressis erectis;
glumis inaequalibus acuminatis.
Prodr. p. 25.

Gramen pratense, panicula et foliis
angustissimis, spicis brevibus mu-
ticis, locustis minimis. SLOAN.
Cat. p. 35. *Hist.* 1. p. 115. t. 73.
f. 1. mala. RAY *Hist.* 3. p. 610.

Provenit in pratis aridis *Jamaicae*
australis.

Gramen 3-4-pedale, facie *Airae cespitosae*.

Culmus filiformis, simplex, erectus, teres, glaber.

Folia erecta, linearia, acuta, brevia, glabra.

Vaginae arctae, striatae, glabrae.

Panicula spithamea, contracta, ramis brevibus
capillaribus, erectis, simplicibus, leviter flexuo-
sis, adpressis.

Flosculi pedicellati, adpressi, acuminati, purpu-
rascentes.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* inaequales:
exterior minuta, subulata, acuta; *interior* mul-
to major ovata, acuminata, mutica, purpu-
rascens, margine membranaceo, albido.

Gluma coroll. *Valvulae* aequales, calycina inte-
riore vix minores, acuminatae, muticae.

Filamenta 3. vix longitud. valvularum. *Antherae*
pallide sanguineae.

Stigmata villosa, pallida l. alba.

Semen ovatum, subacuminatum, nitidum.

granularis. MANISVRIS, spicis lateralibus, valvulis exterioribus orbiculatis punctato - callofis, vaginis pilosis, culmo erecto. *Prodr.* p. 25. GAERTN. *fruct.* 2. p. 468. t. 175.

Cenchrus granularis. LINN. *Mant.* 585.

Gramen cyperoides polytachyon, spicis ad nodos ex foliorum alis produntibus. SLOAN. *jam.* 36. *Hist.* I. p. 120. tab. 8c.

Crescit in siccis calcareis *Jamaicae australis*, in *India orientali*, *China*. ☉.

Radices filiformes, filamentosae, strictae, cepitosae.

Culmi 2 - 3 pedales, erecti, ramosi, subdichotomi, articulati, teretes, striati, glabri, vaginati.

Rami (ex vaginis) foliorum longitudine, erecti flexuosi, vaginati, foliosi.

Folia lanceolata, plana, basi rotundata, striato-lineata, subtus carinata, pubescentia l. hirta.

Vaginae laxae, breves, compressiusculae, dorso carinatae, calloso-punctatae, pilosae, basi prope nodos rubrae.

Spicae (racemi) in ramis lateralibus, erectae, teretiusculae, in vaginis foliorum fere occultatae; superiores vaginis longiores.

Rachis compressa, angulata, articulata, flexuosa.

Flosculi approximati, subimbricati alterni, sessiles, rachi adpressi, polygami, l. hermaphroditi cum masculis alterni.

HERMAPHRODITI.

Cal. Gluma uniflora, trivalvis. *Valvula* tertia exteriori majore orbiculata, coriacea, intus excavata, punctis callosis scabra, marginata, fere clausa, saepe purpurascens, duas interiores includente, ovatas, acuminatas, subaequales, albas, pellucidas.

Cor. Gluma bivalvis. *Valvulae* exterioribus dimidio minores, ovatae, minutae, albidae.

Nectarium. Petala 2. minutissima retusa, carnosae, circa basin genitalium conniventia, urceolum formantia, albida.

Filamenta tria. *Antherae* ovatae, purpureae.

Germen obcordatum. *Styli* duo. *Stigmata* plumosa, purpurea.

Semen *Valvula* exteriori globosa rugoso-reticulata, grani Brassicae magnitudine, inclusum, ovatum, nitidum.

MASCULI paulo majores, ad latera spicae utrinque, cum *Hermaphroditis* alterni, sessiles, decidui.

Gluma calycina bivalvis. *Valvulae* aequales ovatae, acutae, carinatae, striatae, hispidae, virides; exteriori alteram marginem amplectente.

Gluma corollina bivalvis. *Valvulae* dimidio minores, ovatae, acutae, convexiusculae, albidae, pellucidae.

Nectarium ut in *Hermaphrodito*, sed paulo majus.

Filamenta 3. longitud. glumarum. *Antherae* elongatae, basi et apice bifidae, luteae.

OB S, Distinctissimum a *M. myuro* L. cui valv. exteriores planae ovatae, apice lateribusque emarginatae.

C H L O R I S.

*Charaeter generis:**Receptaculum commune unilaterale.*

CAL. *Gluma communis bivalvis: Valvulis inaequalibus oblongis, carinatis, acutis, muticis l. aristatis; continens flosculum Hermaphroditum sessilem et masculum pedicellatum.*

*Hermaphroditus.**Cal. nullus.*

COR. *Gluma bivalvis: Valvula exteriori gluma communi majore, carinata, oblonga, acuminata, dorso versus apicem aristata: Arista capillari glumis longiore; interiori minore, altera inclusa mutica.*

Nectarium: Petala duo minima, retusa, hyalina, ad latera germinis.

STAM. *Filamenta 3. capillaria, longitudine glumae. Antherae lineares, bifurcatae.*

PIST. *Germen ovatum. Styli duo valvulis longiores. Stigmata villosa.*

PER. *nullum. Valvulae corollinae persistentes, includunt*

Semen oblongum.

Masculus flos

brevissime pedicellatus, flosculo sessili dimidio minor, plerumque tabescens.

CAL. nullus.

COR. *Gluma* 1 - 2 - valvis: *Valvulis* carinatis, acutis, muticis l. aristatis. *Arista* terminalis.

STAM. *Filamenta* (si adsunt) unum, duo l. tria, brevissima. *Antherae* minutissimae.

Charact. essentialis.

Receptaculum commune unilaterale. , *Cal.* biflorus.
Flos polygamus.

(**** *Spicati*, receptaculo subulato, post *Cynosurum*.)

Cal. *Gluma communis* bivalvis, biflora: flosculo *Hermaphrodito* sessili;

♀. *Cal.* 0. *Cor.* *Gluma* bivalvis: *Arista* terminali.

♂. *Cal.* 0. *Cor.* *Gluma* 1 - 2 - valvis, aristata.

Receptaculum commune, unilaterale.

Locus inter *Airam* et *Melicam*.

Ordo nat. IV. *Gramina*.

Etymologia: *χλωρις*, cognomen *Florae*. —

χλοα, viride *gramen*.

OBS. Genus *Cynosuroides* proximum, sed distinctum:
Gluma cal. communi biflora, flosculis polygamis.

Tab. III. *Chloris*.

A. Repraesentat inflorescentiam generis I. receptaculum commune.

Fig. 1. *a.* Flosculus *Chl. ciliatae* m. n.

b. Idem. m. a.

c. Idem magis auctus, apertus, flosculo *Masc. et Hermaphrodito*.

Fig. 2. *a.* Flosculus *Chl. cruciatae* m. n.

b. — m. a.

Fig. 3. *a.* Flosculus *Chl. petraeae* m. n.

b. — m. a.

cruciata. CHLORIS, spicis subquaternis cruciatis, flosculis acuminatis. *Prodr.* p. 25.

Agrostis cruciata. LINN.

Gramen dactylon bicornis minimum, aristis longis armatum. SLOAN. *jam.* 34. *Hist.* I. p. 112. t. 69. f. 1.

Incolit campos aridos *Jamaicae*. ☉.

Culmus basi decumbens, adscendens subpedalis, inferne subdivisus, capillaris, teretiufculus, geniculatus, glaber.

Folia brevia, lineari-subulata, remota, laevia.

Vaginae arctae, breves, striatae.

Spicae terminales, subquaternae, cruciatae, horizontaliter patentes, unciales.

Rachis capillares, leviter flexuosae.

Flosculi brevissime pedicellati, alterni, secundi, patuli, terram versus spectantes, acuminati.

Gluma communis bivalvis: *Valvulis* acutis: altera majore, carinatis, muticis, glabris.

Gluma corollina Hermaphroditi bivalvis: *Valvulis* glumae communis triplo majoribus; *exteriore* altera majore, carinata, acuminata, versus apicem

cem dorso aristata: *Arista* valvula 3. f. 5. plo longiori, flexuosa, capillari (lente ferrata); *interiore* in *exteriore* inclusa, plana, albida, mutica.

Filamenta 3. brevissima. *Antberae* minutae, purpurascetes.

Germen ovatum. *Styli* 2. glumis breviores. *Stigmata* pilosa, sanguineo-rubra.

Semen valv. coroll. inclusum, acuminatum.

Flosculus masculus brevissime pedicellatus inter easdem glumas calycinas: tabescens.

Gluma corollina univalvis, minuta, carinata, aristata. *Arista* terminalis, flosculo triplo longior.

Filamenta nulla.

OBS. Floret Autumno et Vere.

Varietas: Culmo longiore, spicis rachibus basi subpilosis, et flosculis rachi adpressis, nec patentibus.

petraea. CHLORIS, spicis quaternis (5-6-nis) strictis erectis, flosculis imbricatis subglabris, muticis, valvula exteriori calycis aristata; culmo compresso. *Prodr.* p. 25.

Chloris petraea. THUNB. *prodr. fl. cap.* 20.

Agrostis complanata, spicis umbellatis glabris, valvulis exterioribus calycinis aristatis, foliis complanatis, vaginisque glabris. AITON. *hort. kew.* I. p. 96. n. II.

Cynosurus paspaloides, spicis digitatis, calyc. 2-floris subglobosis, valvula exteriori cal. aristata, flosculis muticis. VAHL. *symb.* I. pag. 21. tab. XXVII.

Occurrit ad littora petraea calcarea Jamaicae. In Cap. b. spei. (THUNBERG.)

Culmus bipedalis, simplex, erectus, teres, compressus, glaber. Nodi inferiores tumidi.

Folia breviter linearia acuta, complanata, vaginaria l. e vaginis continuata, striata, glabra,

saepe glauca; *radicalia* vaginantia, bipollicaria.

Vaginae longae, ab uno nodo culmi ad alterum, ancipiti-compressae, striatae, glabrae.

Spicae terminales, digitatae l. umbellatae, 4-ternae, 5-nae l. 6-nae, (quod rarius,) subsessiles, sub-erectae, strictae, lineares.

Rachis 3-gonae l. 3-quetrae, striatae, scabriusculae, basi hispidae, l. hirtae.

Flosculi extrorsum secundi, l. brevissimi, pedicellati, sessiles, imbricati, flavescentes.

Gluma communis 2-valvis, persistens: *Valvula* exteriori majore oblonga carinata, compressiuscula, apice emarginata, aristata, margine serrata. *Carina* viridis.

Arista inter dentes emarginaturae, valvula dimidio brevior, erecta, lente ferrata.

Valvula interior minor, ovata, acuta, carinata, carina ferrata.

Glumae corollinae Hermaphr. Valvulae muticae.

Exterior 3-plo major, ovata, acuminata, valv. calyc. longior, dorso compressa, hirta, marginibus ciliatis (oculo armato), ferruginea includens *interiorem* ovatam, muticam.

Filamenta 3. *Antherae* caeruleae.

Stigmata villosa, pallida.

Semen oblongum compressum, cum valv. coroll. deciduum.

Masculus pedicellatus, longitudine *Hermaphroditi*, inter valv. exter. calycinam et inter. coroll. tabescens.

Glumae corollina univalvis: *Valvula* oblonga, mutica, minuta, flavescens l. ferruginea.

o B s. Species diversa a caeteris sui generis *Glumis calycinis* aristatis, nec corollinis, quae in hac muticae sunt.

Quantum ab *Agrosti* et *Cynosuuro* differat, e delineatione patet.

ciliata. CHLORIS, spicis digitatis subquiniis, erectiusculis; glumis corollinis margine ciliatis. *Prodr.* p. 25.

Andropogon pubescens, spicis digitatis, calycibus subtrifloris, petalis exterioribus aristatis; hermaphroditi carina margineque ciliatis. AITON. *Hort. kew.* 3. 423. —

Crescit in aridis *Antillarum, Jamaicae*. ☉.

Radices fasciculatae, filiformes.

Culmus 2 - pedalis, simplex, erectus, teres, glaber.

Folia elongata, lanceolata - linearia, basi latiora, erecta, lineata, glabra.

Vaginae arctae, subcarinatae, fauce villosae.

Spicae terminales 4 - 5, digitatae, subbipollicares, erectiusculae.

Rachis trigonae, strictae.

Flosculi sessiles alternatim imbricati, extrorsum secundi, ciliati.

Glumae communis Valvulae patentes, muticae, persistentes; *exterior* paulo longior, subulata, acuta; *interior* carinata, acuta.

Glumae coroll. *Valvula exterior* major, ovata, carinata, margine ciliato-villosa, aristata: *Arista* terminali valvula duplo longiore. *Villus* valvulae longitudine. *Valvula interior* inclusa ovata plana acuminata, mutica, alba.

Filamenta 3. brevissima. *Antherae* lineares bifurcatae, atropurpureae.

Stigmata villosa, purpurea.

Semen valvulis persist. inclusum, angulatum.

Masculus breviter pedicellatus, hermaphrodito dimidio minor.

Glumae coroll. bivalvis: *Valvula exterior* majore, carinata, glabra l. ciliata, apice brevissime aristata. — *Interior* minutissima, mutica.

polyda- CHLORIS, spicis plurimis fascicu-
ctyla. latis laxis, glumis corollinis mar-
gine ciliato - villosis. *Prodr.* p. 26.

Andropogon polydactylon, spicis fascicu-
latis, petalis exterioribus aristatis,
flosculi inferioris ciliato - barbatis.
LINN. *Syst. veg.*

A. polydactylon affurgens, spicis te-
nuioribus hirsutis. BROWN. *jam.*
364.

Gramen dactylon elatius, spicis plu-
rimis tomentosis. SLOAN. *jam.* 33.
Hist. I. p. 111. t. 65. f. 2. RAY *Hist.*
3. p. 608.

Habitat in collibus graminosis siccis
Jamaicae.

Gramen 2 - 3 - pedale.

Radices fasciculatae, filiformes, breves.

Culmus simplex, erectus, teres, geniculatus, glaber.

Folia linearia, acuta, erecta, brevia, striata.

Vaginae arctae, longae, striatae, glabrae; *col-
lo* villosae.

Spicae terminales, plures, (6 - 10,) fasciculatae,

4 - 6 - pollicares, lineares, laxae, pendulae.

Rachis filiformes, glabrae.

Flosculi sessiles, extrorsum secundi, alterni, subimbricati, quasi duplici serie, villosi.

Glumae communis Valvulae lanceolatae, acutae, minutae, muticae, glabrae, persistentes.

Glumae corollinae Hermaphr. Valvula exterior major, ovata carinata, margine ciliato - villosa, apice aristata: *Arista* glumis triplo longior; *interior* inclusa, mutica, pubescens.

Antherae albidae.

Stigmata villosa, albida.

Gluma corollina Masc. bivalvis. *Valvula exterior* fornicata, villosa, aristata: *Arista* dimidio brevior; *interior* minutissima, mutica, subpedicellata, exteriori inclusa, marginibus inflexis. *Stam.* rudimenta.

OBS. ANDROPOGON *barbatum* L. huic l. *ciliatae* proximum, atque ad idem genus referendum, nomine et caractere specifico mutatis:

CHLORIS *barbata*, spicis plurimis fasciculatis erecto - laxiusculis; glumis corollinis ciliato - barbatis, valvulis masculinis ventricosis aristatis.

Descriptio in *Mant.* 11. p. 302. data, optima. —

Diversa a *C. polydactyla*: Spicis erectioribus; *flosculis* confertioribus magisque ciliatis; *aristis* longissimis; *valvulis* flor. masc. utrisque aristatis.

radia- ta. CHLORIS, spicis plurimis fascicu-
latis erectiusculis, flosculis subula-
tis glabris. *Prodr.* p. 26.

Agrostis radiata, spicis subquinis cru-
ciatis basi villosis, valvulis petaloi-
deis aristatis. *Syst. veg.* 14. p. III.
n. 15.

Andropogon fasciculatum, spicis digita-
tis plurimis erectiusculis articulatis
laevibus; flosculis utrinque aristatis.
Syst. veg. 14 p. 904. n. 24. AITON
Hort. kew. 3. p. 424.

Gramen dactylon spicis gracilioribus
plerumque quatuor cruciformiter dis-
positis. SLOAN. *jam.* 33. *Hist.* I.
p. III. t. 63. f. 3. pessima.

Habitat in cultis *Indiae occidentalis*, fre-
quens.

Radices filiformes, crassae, simplices, fibrillo-
sae, albae.

Culmus 1-2-pedalis, erectus, simplex, compres-
sus, anceps¹, glaber, substriatus.

Folia longa linearia, striata, glabra.

Vaginae basi latae compressae, prope nodos ancipites, striatae, glabrae: collo saepe pilosae.

Spicae terminales plurimae, rarius paucae, umbellato-fasciculatae, aequales, lineares, erecto-patentes.

Spicae interdum terno-verticillatae.

Spica una l. altera in culmo, infra fasciculum terminalem, subinde obvia. —

Flosculi sessiles, alterni, approximati, extrorsum secundi, adpressi, lineares, subulati, glabri.

Rachis linearis, compressa, glabra. —

Glumae communis Valvulae acutae, compressae, subulatae, minutae: altera minore.

Glumae coroll. Hermaphr. compressae subulatae.

Valvula exterior inter. includens, dorso apice aristata: *Arista* capillari, erecta, lente ferrata.

Filamenta tria, brevia. *Antberae* oblongae, purpureae.

Stigmata plumosa, purpurea.

Semen lineari-oblongum.

Gluma flosc. Masc. unica subulata sterilis aristata:

Arista breviori, capillari.

Obs. Synonymon *Brownei* in Spec. plant. sub *A. radiata* allatum — ad *Cynosurum indicum* L. pertinet.

virgata. CHLORIS, spicis plurimis fasciculatis erectis; valvula calycina exterioriore aristata, corollina exterioriore gibbosa, dorso apiceque ciliata; aristis longioribus.

Provenit in *Antigua*.

Culmus bipedalis, simplex, teres, glaber.

Folia lanceolato-lineararia, erecta, brevia, striata, glabra.

Vaginae arctae, striatae, glabrae.

Spicae terminales, fasciculatae 6 - 8, biunciales, erectae. *Rachis* filiformes.

Flosculi sessiles, extrorsum secundi; alterni, contigui.

Glumae communis calycinae Valvula exterior paulo major lanceolata carinata, carina margineque ferrata, apice aristata: *Arista* brevissima ferrata; interior carinata, acuta.

Valvulae persistentes, post efflorescentiam distichae.

Glumae coroll. Hermaphrod. Valvula exterior oblonga, gibbosa, carinata, dorso apiceque ciliata, et aristata: *Arista* gluma 4 - 5 - plo

longiore, (lente) ferrata; *interior* minuta, inclusa.

Filamenta 3. *Stigmata* plumosa.

Gluma corollina Masc. *floris* bivalvis: *Valvulis* minutis retusis, *exteriore* aristata: *Arista* fere prioris longitudine. *Flos* sterilis.

o B s. Distinguitur a *C. radiata* *Valvulis* coroll. *Hermaphrod.* oblongis; *calycibus* distichis aristatis.

Saccharoi. ANDROPOGON, paniculae ramis simplicibus, flosculis geminatis, hermaphrodito aristato sessili, altero mutico pedicellato tabescente, pedicellis rachibusque lanatis. *Prodr.* p. 26.

Provenit in siccis montosis *Jamaicae australis.*

Culmus 2 - 3 - pedalis erectus, simplex, teres.

Folia spithamea lineari - lanceolata erecta, striata, scabriuscula.

Vaginae striatae. *Nodi* villosi.

Panicula terminalis, erecta, subcoarctata, ramis simplicibus, alternis, *spicis* subsessilibus, alternis.

Flosculi alternatim subsessiles, rachi adpressi, approximati, geminati.

Rachis leviter flexuosa, pedunculique lanato - villosi. *Villus* albidus nitens.

Hermaphroditus sessilis, major.

Glumae calycinae aequales, ovato - lanceolatae, acutae glabrae, basi villosae: *Villus* longitudine valvularum; *Arista* ex basi interiore val-

valvarum, valvulis 4 - plo longior, flexuosa, basi compressa, (oculo armato) ferrata.

Gluma corollina unica, tenerior, minor.

Filamenta 3. brevissima. *Antberae* lineares, luteae.

Stigmata villosa, atro - purpurascencia.

Semen oblongum.

Masculus solitarius pedicellatus, tabescens.

Pedicellus longitudine valvularum fl. *Hermaphr.* vel longior, basi glumae calycinae exterioris externe insertus, villosus. *Villus* longitudine flosculi.

Glumae 2 - valvis, mutica. *Valvulae* lineares minutissimae.

OBS. Floret versus finem anni. —

A. *Ischaemo* non dissimile, sed in illo *spicae* digitatae, masculis fertilibus.

fastigia. ANDROPOGON, paniculae spicis
tum. solitariis, pedunculis elongatis sub-
 fastigiatis, rachi lanata, flosculis
 utrisque aristatis. *Prodr.* p. 26.

Crescit in sabulosis campis *Jamaicae*
australioris.

Culmus 2 - 4 - pedalis, simplex, erectus, glaber.

Folia linearia, recta, pedalia, striata, glabra.

Vaginae arctae, striatae, margine convolutae.

Panicula terminalis, elongata.

Rami l. *pedunculi* discreti, erecti, longi, fili-
 formes, alterni, simpliciter subdivisi, laxi
 ex vaginis foliorum terminalium, fastigiati.

Spicae longae 1 - 2 - unciales, lanceolatae, erectae,
 e sinu vaginulae subjectae.

Flosculi imbricati, adpressi, colorati, villosi
 aristati. *Rachis* lanata.

Hermaphroditus sessilis, inferior.

Gluma calycina bivalvis: *Valvula* exterior ovata,
 compressa, carinata, alba, dorso villosa, api-
 ce aristata: *Arista* capillari valvula pluries lon-
 gior; *interiore* lineari-subulata, concava, mu-
 tica, basi et margine villosa: *Villo* longitudine
 valvulae, (lente) articulato, albo.

Gluma corollina bivalvis: *Valvulae* exterior figu-
 ra calycinae sed minore, carinata, diaphana,

aristata: *Arista* terminali, maxima, l. longitudine spicae, flexuosa, subtortili, fusca ferruginea; *interiore* lineari, minore, mutica.

Filamenta 3. brevissima. *Antherae* pallidae magnae, bifidae.

Styli brevissimi. *Stigmata* longiora, pennata, sanguinea.

Semen oblongum.

Masculus lateralis, pedicellatus, exterior; *pedicellus* lateribus albo-villosus.

Gluma calycina bivalvis: *Valvula* *exteriore* *gluma cal.* *Hermaphroditi* multoties majoré, oblongo-lanceolata, plana, altero margine rectiore, striata, glabra, apice purpurascente, aristata: *Arista* capillari, glumae longitudine; *interiore* multo minore, ovato-lanceolata, concava, alba aristata: *Arista* brevioré.

Gluma corollina bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, muticis, *interiore* minuta.

Stamina nulla. *Flos* tabescens.

• B S. Spicae coloratae apparent ob glumas calycinas pallide purpurascentes.

Floret Novembri et Decembri.

brevifo- ANDROPOGON, spicis laterali-
lium. bus, folitariis, flosculis alternis re-
 motis aristatis; culmo geniculato
 compresso. *Prodr.* p. 26.

Occurrit in aridis sabulosis *Jamaicae*
australis. ☉.

Radix repens.

Culmus 2 - 3 - pedalis, geniculatus, decumbens
 ascendens, filiformis, subdivisus, laxus, com-
 pressus, glaber.

Folia brevia, linearia, acuta, carinata, compres-
 sa, basi rotundata, glabra, (lente) margine ser-
 rata.

Vaginae latiores, compressae, glabrae.

Nodi compressi.

Spicae pedunculatae, alternae, remotiusculae, par-
 vae, filiformes ex vaginis foliorum superiorum,
 intra vaginas fere reconditae, solitariae.

Flosculi minutissimi, pedicellati, alterni, distan-
 tes in rachi capillari flexuosa, juxta flosculos
 incrassata.

Hermaphroditus sessilis.

Glumae calycinae Valvulae subaequales, lineares acuminatae carinatae, muticae; basi minutissime albo-villosoe.

Glumae corollinae Valvulae minores, acuminatae, muticae, albidae; altera paulo minore.

Arista intra glumas corollinas, ad basin glumae majoris, glumis triplo longior, tortilis, rubra.

Filamenta 3. brevissima. *Antherae* lineares, atropurpureae.

Germen subrotundum. *Styli* longitudine staminum.

Stigmata pilosa, sanguinea.

Semen minutissimum.

Masculi duo pedicellati, longitudine *Hermaphroditi*, minutissimi, steriles, extra florem sessilem.

Glumae calycinae lineares, acuminatae, virides; altera apice aristata: *Arista* glumis 3-plo longiore; utraeque subinde aristatae.

fetosus. **CENCHRVS**, spica lineari oblonga, involueris fetosis: fetis inermibus; interioribus basi villosis, villis ciliatis, glumis laevibus. *Prodr.* p. 26.

Panicum polystachyon, spicis teretibus, involucellis unifloris fasciculato-fetosis, culmis erectis superne ramosis. *Syst. veg.* 14. p. 105. I.

Habitat in *Jamaica*, aliisque insulis *Indiae occidentalis*, solo cretaceo.

Gramen 2 - 4 - pedale.

Culmus basi subdivisus, geniculatus, ascendens; erectus, teres, glaber.

Genicula parva, nigricantia.

Folia lato-linearia, longa, acuta, erecta, striata; margine laevia, glabra.

Vaginae striatae, apertae, collo villosae.

Spica terminalis, spithamea, lineari-oblonga, teretiuscula.

Flosculi sessiles, approximati, involucrati; purpurascetes.

Involucellum fetosum. **Setae** aristas mentientes, subflexuosae, ad basin flosculi fasciculatae, in-

aequales; *exteriores* breviores, oculo armato ciliato - ferratae; *interiores* flosculis multo longiores, basi villosae.

Gluma calycina bivalvis, biflora *Masculo* et *Hermaphrodito*. *Valvulae* inaequales: *exteriore* multoties minore, ovata, acuta, mutica; *interiore* carinata, ovata acuminata.

Gluma corollina *Hermaphrod.* bivalvis, intra valvulam calyc. interiorum. *Valvulae* lanceolatae acutae, *exteriore* majore.

Filamenta 3. brevissima. *Antherae* purpureae, fertiles.

Germen oblongum. *Styli* duo, longitud. glum. corollinae.

Stigmata supra corollam, plumosa, sanguinea.

Semen ovatum, acuminatum, nitens.

Gluma coroll. *Masculi* prope valvulam calyc. *exteriorem*, bivalvis. *Valvulis* *Hermaphroditi* paulo majoribus, subaequalibus lanceolatis acutis, muticis, albidis.

Filamenta solitaria l. 3, brevissima. *Antherae* lineares, apice et basi 2-fidae, luteae.

Obs. Mensibus Vernalibus florens observavi hoc gramen a *Panico polytachyo* L. minime di-

verum. *Panicis* certe non combinandum esse, suadet *Involucellum* Generi *Cenchri* proprium, et forte plures species *Panici* primae subdivisionis, eodem jure huc referentur, vel distinctum constituere debent Genus.

ALOPECURVS *Indicus* L. *Cenchro setoso* simillimus, eique congener ob praesentiam *Involucelli* multifeto - fasciculati et calycis biflori polygami, Differt vero praecipue: *Setis* flosculis vix longioribus, albidis, basi plumosis.

glutino-POA, panicula patente stricta, spiculis subnovemfloris hirsutijsculis glutinosi; culmo simplici, foliis subpilosis. *Prodr.* p. 26.

Gramen tremulo affine, paniculatum elegans minimum. SLOAN. *Cat.* p. 34. *Hist.* I. p. 114. t. 71. f. 2. RAY. *Hist.* 3. p. 633.

Amourettes jam. paniculis minoribus. PETIV.

Habitat in sabulosis aridis *Jamaicae australis*. ☉.

Culmus 1. 2 - pedalis, suberectus, simplicijsculus, filiformis, tenuissimus, strictus, teres glaber, inferne geniculatus.

Folia brevia, linearia, acuta, concava, patentia, pilosa l. hirsutijscula. *Hirsuties* rara, viscosa. *Vaginae* hirsutae.

Panicula terminalis, 2 - pollicaris, stricta, hirsutijscula; *ramis* alternis, distantibus, simplicibus, paucifloris.

Spiculae distinctae, 3 - 6 in ramulo, purpurascentes, pedicellatae.

Gluma calycina 2. valvis, 7. 9. flora: *Valvulis* acutis, carinatis, minutis.

Glumae corollinae paulo majores, ovatae, acutae, carinatae, compressiusculae; interiore lente ciliari.

Carina ferrulata, (oculo armato.)

Filamenta 3. brevissima. *Antherae* atro-purpurascens.

Stigmata pilosa, albida.

Semen subrotundum, minutissimum.

o b s. Distinguitur a *Poa pilosa* L. Scheuch. agr. 193. ramulis paniculae infimis non verticillatis et pilosis;

a *P. amabili*: flosculis paucioribus nec linearibus;

a *P. agrosti*: paniculae rigiditate, ramulorum distantia et glutinositate etc.;

a *P. capillari*, ut ab antecedente, et culmo simplici erecto.

prolife. POA, paniculis patentibus strictis,
ra. spiculis multifloris; culmo ramosissi-
 mo nodoso, ad nodos prolifero.
Prodr. p. 27.

Habitat in *Insulis Caribaeis*: *Lucia*,
Guadeloupe.

Culmus orgyialis et ultra, ramosissimus, ere-
 ctus, nodosus.

Rami subdivisi, teretes, striati, glabri, geniculati.

Genicula nodosa, foliosa, junioris plantae ori-
 ginibus quasi prolifera.

Folia fasciculata, linearia, setacea, plerumque con-
 voluta, vaginantia, erecta, laevia.

Paniculae terminales, spithamaeae et ultra, ramo-
 sae, patentēs, erectae; *ramulis* subdivisis capil-
 laribus, strictis, flexuosis.

Spiculae pedicellatae, lanceolatae, compressae.

Gluma calycina bivalvis, 16 - 20 - flora: *Valvulis*
 aequalibus.

Gluma corollina bivalvis: *Valvulis* ovatis acumi-
 natis carinatis.

Filamenta 2 - 3. *Antherae* pallidae.

Stigmata villosa.

P I C R A M N I A,

*Character generis:*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1517.*Character. essentialis.*

Dioica.

♂. *Calyx* 3-5 partitus. *Cor.* 3-5-petala.♀. *Calyx* et *corolla* maris.*Bacca* bilocularis.*Locus* ante *Mabam*.*Ordo nat.* (Incertae sedis.)

Etymologia contracte a vocibus graecis Πικρος
amarus, et Θάμνος *frutex*, ob amaritiam in-
 signem totius *Plantae*.

Tab. IV, exhibetur:

- ♂. a. *Picramniae Antidesmae* flos masculus. m. n.
 b. Iisdem — m. a. c. *Calyx*. m. a.
 d. Flos masculus *Picramniae 5-andrae*. m. a.
 e. *Stamen*. m. a.
 ♀. a. Flos femineus prioris — m. n.
 b. Idem. m. a. c. *Pistillum P. Antidesmae*.
 d. *Pistillum P. 5-andrae*. e. *Bacca*. m. n.
 f. Eadem transverse secta.
 g. *Figura seminum*. m. n.
 h. *Bacca* (rarius) trilocularis. —

Antidesm. PICRAMNIA, racemis longissimis,
ma. floribus triandris. *Prodr.* p. 27.

Antidesma, ramulis teretibus, racemis
laxis terminalibus. BROWN. *jam.*
123.

Berberis fruticosa, racemosa, fraxini
folio alato, fructu nigro dipyreno.
SLOAN. *jam.* p. 170. *Hist.* 2. p. 101.
tab. 209. f. 2. RAY. *Hist.* 3. *dendr.*
65.

Habitat in frutetis montium *Jamai-*
cae et *Hispaniolae*. h.

Arbuscula.

Truncus erectus, debilis, laevis.

Rami subdivisi, virgati, patentes, deflexi, lae-
viusculi, cortice cinereo.

Folia pinnata, pedalia et ultra.

Foliola petiolata, alterna, elliptica, apice ob-
tuso, integra, nervosa, venosa, glabra, ad
latera petioli utrinque deflexa.

Petioli universales teretiusculi, patentes, gla-
bri; *partiales* brevissimi, pubescentes, ru-
bentes.

Racemi terminales, longissimi, 1 - 2 - pedales, fi-
lifformes, striati, laxi, penduli, multiflori.

Flores alternatim conglomerati, pedunculati, dioici, viridi - albescentes.

Pedunculi 5 - 7 conferti, albidi, floribus longiores.

Masculi decidui,

Calyx 3 - partitus: *laciniis* lanceolatis, erectis.

Petala tria, lanceolata, patentia, calyce longiora.

Filamenta tria, subulata, basi approximata erecta, corolla paulo longiora, alba. *Antherae* didymae, ovatae, rufae.

Pist. nullum.

Feminei magnitudine masculorum.

Calyx et *Corolla* maris.

Germen oblongum, compressiusculum. *Styli* duobreves, recurvi, persistentes. *Stigmata* simplicia, acuta.

Baccae oblongae, maturae magnitudine *Grossulariae*, biloculares: *loculis* 2 - spermibus; initio coccineae, tandem nigrae.

Semina bina ovato - oblonga.

Tota planta amarissima, *Majo Bitters* nuncupata Jamaicensibus. Floret Augusto — fructusque maturescunt Novembri.

Antivenerea creditur a Nigris, quibus etiam infusum in Colica familiare.

pentan- PICRAMNIA, racemis brevioribus,
dra. floribus pentandris. SCHREB. *Gen.*
plant. p. 687. *obs.* ad *Picramn.*

Habitat in *India occidentali*; *Insula Mont-*
serrat loco *Palmeto point.* (RYAN.) h.

Arbuscula.

Rami et ramuli ut in *P. Antidesma.*

Folia item, sed *foliola* fere *latiora.*

Racemi multo *breviores*, *basi* plerumque *subdi-*
visi, *nutantes.*

Flores *speciei primae* *similes*, paulo *minores*, *al-*
ternatim conferti, (*glomerulis sparsis*) *pedicel-*
lati, *pedicellis pubescentibus.*

MASC. *Perianthium* *monophyllum*, 5 - *partitum.*
Petala 5. *calyce longiora*, *erecto patentia.*
Filamenta 5, *petalis parum longiora.* *An-*
therae subrotundae.

FEMIN. *Perianthium* *persistens* — *Corolla* — *Maris.*
Germen subrotundum. *Styli* 0. *Stigma-*
ta duo capitata. (RYAN.)

Bacca

TRIGYNIA.

diandrum. HOLOSTEMM, caulibus procumbentibus rigidioribus, foliis subrotundis, floribus diandris.
Prodr. p. 27. *Icon* tab. VII.

Habitat in lapidosis et arenosis *Jamaicae* rarius, terrae arcte adhaerens. ☉.

Radiculae capillares, albidae.

Caulis ramosissimus, filiformis, procumbens, repens, divaricatus, strictus, glaber.

Folia petiolata, opposita, subrotunda l. fere orbiculata, integra, margine pubescentia, nervia, glabra.

Stipulae ad basin petiolorum, pilosae, numerosae.

Pedunculi terminales, filiformes, adscendentes, simplices, longiusculi, pauciflori.

Flores parvi, nutantes.

Calyx 5 - phyllus l. ad basin 5 - partitus.

Petala 5. ad basin usque bifida.

Filamenta duo, petalis breviora. *Antherae* minutissimae.

Germen trigonum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria.
Capsula subrotunda, obtuse trigona.
Semina aliquot minuta, angulosa.

● *Es.* Distinguitur ab *Holosteo cordato* L. quod
 multoties minor;

Caules strictiores, procumbentes;

Folia rigidiuscula nec subsucculenta;

Flores diandri. —

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

ERNODEA.

*Charaeter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1718.*Charaet. essentialis.**Cor.* monopetala, hypocrateriformis.*Calyx* quadripartitus.*Bacca* bilocularis. *Sem.* solitaria.(Flores monopetali, monocarpi, superi, pone
Pavettam.)*Ordo nat.* XLVII. *Stellatae.* α)inter *Hedyotidem* et *Knoxiam*.*Juss. famil. plant.* Cl. XI. *Ord.* II. *Rubiaceae* II.Nomen ab *Ερνωδης*, *Ramosus*.*Genus* quasi medium inter *Spermacocen* et *Ixo-*
*ram.*Tab. IV. *a.* *Ernodeae* flos. m. n.*b.* Idem longitudinaliter fissus.*c. d.* *Staminis* et *pistilli* forma. m. a.*e.* *Bacca* m. n. *f.* Eadem transverse secta.*g.* *Semen.* m. n.

littoralis. ERNODEA. *Prodr.* p. 29. VAHL.
symb. 2. p. 28.

Knoxia littoralis repens, foliis rigidis oblongis oppositis, floribus singularibus. BROWN. *jam.* 140. n. 1.

Thymelaea humilior, foliis acutis atro-virentibus. SLOAN. *jam.* 168. *Hist.* 2. p. 93. tab. 189. f. 1. 2. RAY dendr. 55.

• Crescit in maritimis glareosis, et rupibus calcareis *Jamaicae*.

Caulis decumbens, repens, subfrutescens, subdivisus, strictus, tetragonus, laevis.

Rami longi, simpliciusculi, repentes l. ex rupe dependentes, 4-goni, subarticulati, glabri.

Ramuli breves, alterni.

Folia in caule ramulis undique opposita, in apicibus vero ramulorum conferta, decussato-opposita, subsessilia, lanceolata, integra, rigida, venosa, glaberrima.

Stipulae cauli inter folia adnatae, acuminatae, parvae, glabrae.

Flores

Flores terminales, solitarii, sessiles in axillis foliorum terminalium, lutescentes.

Perianthium parvum quadripartitum, superum: laciniis erectis, acutis, aequalibus, persistentibus.

Corolla monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* 4-gonus, elongatus; *limbus* quadripartitus: laciniis lanceolatis, revolutis.

Filamenta 4, tubo supra dimidium inserta, subulata, corolla longiora. *Antherae* acuminatae, erectae, virides.

Germen inferum, tetragonum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* obtusum, emarginatum.

Bacca subrotunda, pisi magnitudinis, lutea, calyce coronata, bisulca, bilocularis, monosperma.

Semina solitaria, hemisphaerica; hinc convexa inde plana; striata.

o b s: Numerosae corollae pistillis carent.

Vere floret haec planta; *Knoxiiis* minime adnumeranda. Synonymon SLOANEI huc pertinet, non ad *Strumpfiam*; ut jam in *Obs. bot.* pag. 316. monui.

simplex. DIODIA, caule herbaceo simplici erectiusculo laevi, foliis ovato-lanceolatis. *Prodr.* p. 29.

Provenit in graminosis montium altissimorum *Jamaicae*.

Caulis herbaceus, semipedalis, simplex, tetragonus, erectiusculus l. subinde declinatus, laevis.

Folia subsessilia, opposita, lato-lanceolata, integra, nervosa, venosa, glabra.

Spiculae geminae foliis oppositae, lineares, basi in membranam vaginantem, folia connectentem, margineque ciliatam connatae.

Flores axillares, sessiles, solitarii, albidi.

Calyx superus, apice in duas lacinias lineares divisus.

Corolla infundibuliformis, calyce longior. *Tubus* versus limbum dilatatus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* acutis, patentibus.

Filamenta filiformia, longitud. corollae. *Antherae* subrotundae.

Germen oblongum. *Stylus* longitud. flaminum bifidus. *Stigmata* simplicia.

Capsula calyce bidentato coronata, oblonga, angulata; tandem bipartibilis, loculis intus dehiscentibus, monospermis.

Semina oblonga, plano-convexa.

OBs. Distinguitur a *Diodia virginiana* L. (cujus descriptionem dedit Ill. JACQUINVS in *Collectan.* v. 1. p. 109. et iconem (*Icon. rar.* —) statura, figura foliorum etc.

prostra-DIODIA, caule suffruticuloso subdiviso, ramis prostratis filiformibus, foliis linearibus hirsutiusculis revolutis. *Prodr.* p. 30.

Diodicides annum, foliis linearibus, caule strigoso. LOEFL. it. p. 201.

Habitat in arvis et campis sabulosis
Jamaicae australis.

Radix annua? filiformis, simplex.

Caulis 3 - 5 - uncialis, subdivisus, procumbens, 4 - gonus, filiformis, adscendens, rigidus, hirtus, incanus.

Rami simplices, tetragoni.

Folia sessilia, basi membrana stipularum conjuncta, decussato - opposita, linearia, acuta, margine integra revoluta, pubescentia hispida, rigida, enervia (praeter nervum medium), avenia.

Stipulae inter folia connatae, vaginantes, margine hispido ciliatae. *Cilia* sanguinea.

Flores sessiles, axillares, bini l. terni, oppositi, albi, parvi.

Calyx 4 - dentatus: *dentibus* minutis, erectis, acutis, hirtis.

Corolla infundibuliformis, calyce longior, alba, 4 - fida: *laciniis* acutis.

Filamenta .e medio tubi. *Antherae* oblongae in fauce, purpurascens.

Germen subrotundum, hirsutum. *Stylus* bifidus: *Stigmata* in ore tubi, crassiuscula.

Capsula subrotunda, subdicocca, bilocularis, bipartibilis, hirsuta, dentibus calycis coronata, tenuissima.

Semina solitaria, plano - convexa, glabra, nigra.

scandens. DIODIA, caule scandente suffruticoso, foliis ovato - lanceolatis rigidis scabris. *Prodr.* p. 30.

Crescit in aridissimis fruticetis Hispaniolae. h.

Caulis biorgyialis, subfrutescens, subfiliformis, initio saepe procumbens adscendens, scandens, ramosus, 4 - gonus, striatus, laxus.

Rami longissimi, simplices, suboppositi, 4 - quetri, laxi striati.

Folia petiolata, (summa sessilia) opposita, semipollicaria, ovato - lanceolata acuta, integra, nervosa, rigida, nitentia, hispido - scabra, subtus laeviora.

Petioli brevissimi, *stipulis* semiamplexicaulibus connatis conjuncti, margine hispidis, ciliatis.

Flores sessiles, axillares 4 - 6. albidi.

Perianthium superum 4 - partitum: *laciniis* lanceolatis, erectis, rigidis.

Corollae tubus longitudine foliolor. calycis: *lacinae* ovatae, obtusae, patentes, fauce villosae.

Filamenta medio tubi inserta. *Antherae* ovatae in fauce.

Germen subrotundum. *Stylus* subulatus, *stam.* vix longior, bifidus. *Stigmata* subrotunda.

Capsula oblonga, hinc convexa, inde plana, nigra.

sarmentosa. DIODIA, caule scandente fruticoso
tofa. fulcato, ramis patentibus, foliis ob-
 longis acutis rugoso - nervosis sca-
 briusculis.

D. caule flaccido fruticoso, ramis op-
 positis patentibus, foliis oblongis
 acutis scabriusculis. *Prodr.* p. 30.

Habitat inter frutices in aridissimis
Jamaicae. h.

Caulis alte scandens, frutescens, ramosus 4-go-
 nus, crassitie pennae anserinae, flaccidus, sul-
 catus, striatus, angulis hispidis.

Rami patentes, oppositi, subhorizontales, 4-
 goni, sulcati, rigidi.

Folia subsessilia, opposita, oblonga, acuta, inte-
 gra, rugoso - nervosa, subaspera, rigida, sub-
 tus pallidiora.

Stipulae membranaceae, margine ciliatae, rigi-
 dae, basi connatae folia connectentes.

Flores axillares, subsolitarii, sessiles.

Calyx 4 - dentatus: *dentibus* lanceolatis erectis:
 duobus longioribus, persistentibus.

Corolla alba: *tubo* tetragono, *limbo* 4 - fido: *la-*
ciniis ovatis, acutis, patentibus.

Filamenta medio tubi inserta. *Antherae* oblongae caerulefcentes.

Germen ovatum, medio fulcatum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* obtusa, patula.

Capsula oblonga obtuse 4-gona, denticulis duobus calycinis coronata, bilocularis, bipartibilis, l. duae *Capsulae* coalitae, divisibiles, 1 loculares monospermae, hinc convexae inde planae.

Semina ovata, subcompressa, nigra, nitida.

o B s. Characterere generico difficile distinguuntur propinqua inter se genera, *Diodia* et *Spermacoce*. Habitu et flore conveniunt, sed inflorescentia *Spermacoces* plerumque verticillata l. capitata; in *Diodia* flores axillares tantum pauciores inveniuntur, fructusque manifeste capsularis, (licet bipartibilis, quasi duae capsulae coalitae,) qui in illa fere nudus l. *Semina* cortice tenui tecta, valde compressa, bipartibilia.

Spermacoce tenuior L. a caeteris sui generis fructu differre videtur, *Diodiis* magis accedente; quae in *S. hispida* L. eadem causa est. Etiam *Sberardia fruticosa* L., et habitu et fructu *Diodiis* proxima, illis forte adjungi debet.

pentan- PAVETTA, corymbis patentibus,
dra. foliis lanceolato-ovatis acutis; fru-
ctu dicocco.

Psychotria Pavettae, stipulis subulatis
deciduis, ramis paniculae brachiatis
trichotomis, corollis tubo longiori,
laciniis patentibus. *Prodr.* p. 45.

Jasminum arborescens solani foliis,
baccis nigro-violaceis. *PLUM. cat.*
17. *ic.* t. 156. f. 1. *TOURN. inst.*
598.

Ceraso affinis arbor baccifera, fructu
caeruleo testiculato. *SLOAN. Hist.* 2.
t. 202. f. 2. (non t. 189. f. 4. ut in
prodr.) fig. mala.

Jasminoïdes americanum Lauri folio,
flore albo odorato. *HOUST.*

Cestrum nervosum. *MILL. dict.*

Habitat in sylvestribus montium *Ja-*
maicae. h.

Frutex.

Caulis humanae altitudinis, erectus, ramosus,
laevis.

Rami stricti, teretes, glabri.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-ovata, acuminata, integra, nervosa, glabra parum rugosa, tenuia.

Petioli mediocres, teretes, glabri.

Stipulae parvae, membranaceae, interpetiolares, utrinque bidentatae.

Corymbus terminalis, pedunculo communi brevior, ramis brachiatis, 3-chotomis, patentibus, teretibus, glabris, pedicellis unifloris.

Flores albi, odoratissimi.

Perianthium minutum 5-dentatum; dentibus subulatis.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* fere uncialis, rarius curvus. *Limbus* 5-fidus; laciniis ovato-lanceolatis tubo dimidio brevioribus, patentibus. *Faux* nuda.

Filamenta 5. filiformia e medio tubi. *Antherae* lineares, in fauce.

Germen inferum, oblongum. *Stylus* corolla longior, filiformis. *Stigmata* duo, oblonga, crassa, pubescentia.

Bacca subrotundo-dicocca, pisi magnitudinis, coronata, bilocularis, matura nigra.

Semina solitaria, hemisphaerica, intus plana, fulcata. Pellicula l. arillus sem. obducens mihi non visa.

o b s. Floret mensibus vernalibus; floribus suaveolentibus.

Vulgo appellatur Jamaicensibus *Wild Coffe* ob similitudinem florum fructusque.

Est quasi media inter *Psychotriam*, *Coffeam* et *Pavettam*, maxime affinia genera; — *Pavettae* tamen proxima videtur, respectu inflorescentiae, et figura florum, quamvis pentandra.

Non dubito *Sideroxyloides ferreum* JACQ. *amer.* 19. (*Siderodendrum* SCHREB. *gen. pl.* n. 169.) huic affine esse.

*parvi-
flora.* CATESBAEA, corollis tubo ab-
breviato, baccis subrotundis. *Prodr.*
p. 30. VAHL. *symb.* 2. p. 30.

Rhamnus foliis buxeis minimis confer-
tim nascentibus, spinis longis arma-
ta. SLOAN. *cat.* 216. *Hist.* 2. p. 100.
t. 207. f. 1. RAY h. 3. *dendr.* 59.

Habitat in fruticetis maritimis *Jamai-
cae borealis.* h.

Frutex humanae altitudinis.

Caulis erectus, ramosus, rigidus.

Rami longissimi, subdivisi, stricti, foliosi, spi-
nosi.

Folia fasciculata, conferta, subsessilia, secunda,
parva, ovata, margine revoluta, glabra, saepe
subtus atropunctata, rigida.

Spinae suprafoliaceae, geminae, longitudine fo-
liorum, subulatae, cinereae.

Flores axillares, parvi inter folia subsessiles, so-
litarii, longitudine foliorum, albi.

Perianthium superum, minutum, 4 - partitum:
laciniis acutis, erectis.

Corollae infundibuliformes 4 - gonae, 4 - sidae:
laciniis ovatis acutis patulis.

Filamenta fundo corollae inserta; *Antherae* lineares, infra faucem tubi.

Germen subrotundum. *Stylus* longitudine flaminum. *Stigma* simplex.

Bacca subrotunda, pisi minoris magnitudine, calyce coronata, bilocularis, polysperma, alba.

Semina plura, angulata, sapore amara.

Obs. Floret Vere.

Facillime distinguitur a *Catesbaea spinosa* L., quae melius *longiflora* diceretur, cui flores maximi, omnesque partes majores, et baccae ovales.

fascicu- CHOMELIA? foliis ovatis acutis:
lata. ramulorum subfasciculatis, pedun-
 culis filiformibus subtrifloris. *Prodr.*
 p. 30. sub *Ixora*.

Habitat in *India occidentali*. In Insula
Granada inter sepes. (Fr. MAS-
 SON) h.

Frutex duodecimipedalis ramosissimus.

Rami simplices, teretes, inermes, cortice in-
 cano.

Folia fasciculata (fasciculis oppositis) breviter pe-
 tiolata ovata acuta l. acuminata, integra rigi-
 diuscula, venosa glaberrima, subnitida, minora.

Pedunculi solitarii, bini l. terni, foliis vix lon-
 giores, filiformes in ramulis ex eadem gem-
 ma cum foliis terminalibus, plerumque triflo-
 ri.

Perianthium superum 4-partitum: *laciniis* sub-
 spatulatis inaequalibus; unica trilinearis, hu-
 jus opposita bilinearis, reliquae duae sesquili-
 neares.

Corollae *tubus* filiformis, semuncialis; *limbus* 4-
 partitus: *laciniis* oblongis, patentibus, tubo
 quinquies brevioribus.

Filamenta faucis inserta, brevissima. *Antberae* lineares, exsertae, erectae.

Germen obconicum. *Stylus* filiformis longitud. staminum. *Stigma* bipartitum.

Pericarpium immaturum biloculare. *Sem.* solitaria.

OBs. Fructu maturo licet ignoto, ad genus olim a JACQUINO concinnatum, retuli plantam, caeteris partibus haud discrepantibus.

multi- IXORA? foliis lanceolato - ovatis fasciculatis, pedunculis aggregatis unifloris brevissimis, baccis monospermis. *Prodr.* p. 30.

Habitat in *Jamaica*. h.

Frutex 2 - 3 - pedalis.

Rami oppositi, teretes, striati, inermes.

Folia fasciculis alternis conferta, petiolata, lanceolato - ovata, integra, venosa, rigidiuscula, glaberrima, nitida.

Petioli brevissimi.

Flores ex eadem gemma cum foliis plurimi conferti, pedunculati, foliis breviores, albidi.

Pedunculi brevissimi, uniflori.

Perianthium superum parvum 4 - partitum: laciniis acutis, erectis.

Corollae tubus elongatus infundibuliformis, sensim ampliatus, limbo 4 - partito: laciniis ovatis, acutis, erectis.

Filamenta filiformia receptaculo inserta basi contigua, villosa. *Antherae* longae, lineares, erectae.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis stam. paullo longior. *Stigma* clavatum, simplex.

Bacca parva compressa sulcata coronata, carnosa, alba, monosperma, dulcis.


Semen unicum, compressum, durum.

HOFF.

Hoffmannia.



Cocco-cypselum.



H O F F M A N N I A.

Character generis:

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1719.

Charact. essentialis:

Corolla hypocrateriformis, 4 - partita.

Calyx 4 - dentatus. *Filamenta* nulla.

Capsula baccata, bilocularis, polysperma.

(Flores monopetali, monocarpi, superi,
post *Petesiam*.)

Calyx quadridentatus.

Corolla hypocrateriformis, 4 - partita.

Capsula baccata, bilocularis, polysperma.

Locus inter *Callicarpam* et *Polypremum*.

Ordo nat. XLVII. P. *Stellatae* post *Oldenlandiam*.

Juss. fam. plant. Cl. XI. Ord. II. *Rubiaceae* III.

In memoriam celeberrimi nominis HOFFMANN-
NIANI, rei herbariae hujus et praeteriti aevi
ornamenti.

Tab. V. *Hoffmanniae*

- | | |
|---|---|
| a. b. Flos et calyx. m. n. | c. Flos. m. a. |
| d. Corolla a calyce separata, postice visa. m. a. | f. Pistillum. |
| e. Corolla secta. | g. Anthera sessilis. — m. a. |
| h. Capsula — bac- | i. Eadem secta bilocularis. |
| cata. m. n. | k. Receptaculorum seminum forma. l. Semina. |

peduncu- HOFFMANNIA. *Prodr.* p. 30.

lata. Provenit in nemoribus subhumidis
Alpium *Jamaicensium*.

Planta herbacea.

Caulis 2 - 3 - pedalis, basi suffruticosus, ramosus, laevis.

Rami teretes, hirsuti.

Folia petiolata, opposita, decussata, basi cuneata, ovato - acuminata, integra, nervosa, nitentia, punctis elevatis aspera, subtus venosa, ex albedo - pallida, hirsuta.

Petioli mediocres, supra plani, glabri, inferne teretes, hirsuti.

Stipulae oppositae, interpetiolares, brevissimae, acutae, crassae, hirsutae.

Pedunculi oppositi, axillares, solitarii, petiolis longiores, teretes, laxi, hirsuti, multiflori, floribus terminalibus pedicellatis.

Pedicelli breves.

Perianthium 4 - dentatum superum. *Dentes* parvi, erecti, acuti, colorati.

Corolla hypocrateriformis, subrotata; *Tube* brevissimo rubro, *Limbo* profunde 4 - partito: *laciniis*

lanceolatis, patentibus, basi sanguineo-striatis apicibus luteis.

Filamenta nulla. *Antherae* basi tubi adfixae, lineares, subulatae, erectae, stylo supra tubum contiguae, flavae.

Germen inferum, oblongo-tetragonum, hispidum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum, erectus. *Stigma* obtusum, vix emarginatum, pubescens.

Capsula baccata oblonga, subtetragona, calyce coronata, bilocularis, bivalvis; polysperma, maturata coccinea.

Semina subrotunda, plurima, nigra, receptaculis ovatis distinctis in unoquoque loculamento insidentia.

Obs. Genus a proximis distinctum floribus —
Tubo brevissimo, *Antheris* conniventibus (ut
in Solano) et *fructu* baccato.

C O C C O C Y P S E L V M.

*Charaeter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1721.*Charaet. essentialis:**Corolla* infundibuliformis. *Calyx* 4-partitus.*Fruetus* baccatus, inflatus, bilocularis, polyspermus.(Flores monopetali, monocarpi, superi, ante
Hedyotidem.)*Calyx* quadripartitus, superus.*Corolla* infundibuliformis.*Fruetus* inflatus, baccatus, bilocularis, polyspermus.*Locus:* inter *Mitchellam* et *Callicarpam*.*Ordo nat.* XLVII. *Stellatae* post *Oldenlandiam*.*Juss. fam. plant.* Cl. XI. Ord. II. *Rubiaceae* III.

Nomen olim dedit *Patricius BROWNE*, rerum naturalium *Jamaicae* inclytus investigator, a *κοκκος*, *bacca*, et *κυψελη*, *genus vasis*, ob fructum baccatum inflatum, capsularem sec. *BROWN*.

Tab. V. *Coccocypseli*

a. b. Flos. m. n. c. Idem. m. a.

d. Corolla fissa m. a. e. f. Stamen et pistillum. m. a.

g. Bacca. m. a. h. Eadem transverse secta. m. n.

i. Seminum forma. m. n.

repens. COCCOCYPSELUM. *Prodr.* p. 31.

Coccocipsilum herbaceum repens, foliis venosis ovatis oppositis, pedunculis brevibus subumbellatis, ad alas alternas. BROWN. *jam.* 144. tab. 6. f. 2. bona.

Crescit in aridis montium *Jamaicae* temperatioris. ☉.

Planta herbacea.

Caulis procumbens, repens, semipedalis, subdivisus, foliosus, teres, pubescens.

Folia opposita, petiolata, ovato-subrotunda, integra, nervosa, venosa, pubescentia.

Petioli breves.

Stipulae lineares, acutae, interpetiolares.

Pedunculi alternatim axillares, breviusculi, teretes, 3 - 4 - flori, pubescentes.

Flores terminales, sessiles, conferti, parvi.

Perianthium superum, 4 - partitum: *laciniis* acutis, erectis.

Corolla infundibuliformis, decidua, caerulea, *Tubo* calyce longiore, teretiusculo, versus limbum ventricoso; *Limbo* 4 - partito: *laciniis* ovatis erectis.

Filamenta e basi tubi, ejusdem longitudine, filiformia. *Antherae* lineares, erectae.

Germen ovatum. *Stylus* apice 2-fidus. *Stigmata* simplicia.

Capsula? *baccata* subrotunda, magnitudine fructus *Cerasi* minoris, caerulea, inflata, basi paulum compressa, calyce coronata, bilocularis, polysperma.

Semina parva, membranacea, compressa, dissepimento medio adfixa.


OBS. Floret toto anno.

Fructus *Capsulam succulentam* esse, plantae primus inventor BROWNE l. c. asseruit. Baccae simillimus mihi tamen visus est, quasi succosus et coloratus; maturitate forte dehiscens.

Wallenia.



Labatia.



Boehmeria.



W A L L E N I A.

Charaeter generis

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1722.

Charaeter essentialis:

Corolla tubulosa. *Calyx* quadrifidus.

Bacca monosperma.

(Flores monopetali, monocarpi, inferi, ante *Callicarpam*.)

Calyx quadrifidus, inferus.

Corolla tubulosa, quadrifida.

Bacca monosperma.

Locus: ante *Callicarpam*.

Ordo nat. *Incertae sedis.*

In honorem *Matthiae* W A L L E N, Hiberni, Viri Generosi, per plures annos Civis Jamaicensis. Is, Botanices praecellens cultor et promotor, cum B R O W N E O Historiam suam naturalem elaborante, plurima quae ad Botanicam spectant communicavit, et infinitis suntibus plantas exoticas et indigenas colere ipse conatus est.

Tab. VI. *Walleniae*

a. Flos. m. n.

c. Corolla fissa. m. a.

e. Idem. m. n.

g. Bacca transverse secta.

b. Idem. m. a.

d. Pistillum. m. a.

f. Bacca. m. n.

h. Semen. m. a.

lauri- WALLEINIA. *Prodr.* p. 31.

folia. Bryonia nigra fruticosa, foliis laurinis. SLOAN. *Hist.* 2. p. 234. *tab.* 145. f. 5.

Petefioides laurifolium. JACQ. *amer.* 17.

Habitat in frutetis montosis Jamaicae, Hispaniolae. h.

Arbor l. *Arbustula.*

Truncus 10 - 20 - pedalis, cortice laevi, inermi.

Rami longi, subdivisi: *ramulis* teretibus cicatricatis ex foliis deciduis.

Folia petiolata, oblonga acuminata, apice obtuso, integra, leviter nervosa, substriata, glabra, nitida, inferne pallidiora, membranaceo - crassiuscula.

Petioli breves, teretes, glabri.

Stipulae nullae.

Panicula terminalis, patens: *ramis* alternis, subfastigiatis, subdivisis, *ramulis* alternis subterminalibus, *floribus* pedicellatis, luteis, inodoris.

Perianthium 4 - fidum: *laciniis* obtusis erectis, corollam amplectentibus, persistentibus, pallide coloratis.

Corollae Tubus cylindricus, calyce longior, erectus; *Limbus* 4-fidus: *laciniis* obtusis erectis parvis, circa stamina exserta conniventibus.

Filamenta e fundo corollae, basi latiora, erecta, tubo dimidio longiora. *Antherae* ovatae, erectae, divergentes, luteae.

Germen oblongum superum. *Stylus* subulatus, corollae limbo brevior, erectus, persistens. *Stigma* obtusum.

Bacca subrotunda, unilocularis, monosperma, coccinea.

Semen subrotundum, nauco fragili tectum.

OBs. *Calyx, corolla, genitalia et fructus* punctis
l. atomis glandulosis fulvis adspersa.

Fructus maturus subacidus aromaticus, sicut
caeterae partes fructificationis.

Semen sapore Piperitarum.

Vere et auctumno floret.

Hispaniolis *Laurier* dicitur.

Flores subinde masculi, steriles, absque pistillo, ideoque polygama.

ferru- ginea. **CALLICARPA**, foliis lato-lanceo-
latis ferratis subtus scabriusculis; cy-
mis terminalibus axillaribusque. *Pro-
drom.* p. 31.

Habitat in sylvis montium altissimo-
rum *Jamaicae*. h.

Frutex.

Caulis orgyialis, ramosus, laevis.

Rami erecti, teretiusculi: *ramulis* strictis sub-
tetragonis, farinoso-ferrugineis.

Folia opposita, petiolata, decussata, lato-lanceo-
lata, acuta, argute ferrata, nervosa, venosa,
laevia, subtus scabriuscula.

Petioli mediocres, teretes, farinoso-ferruginei.

Stipulae nullae.

Cymae terminales et axillares, longitudine folio-
rum.

Pedunculi oppositi, teretes, bifido-dichotomi,
ferruginei, *floribus* congestis terminalibus
pedicellatis, parvis, caerulescenti-albidis.

Perianthium parvum, 4-dentatum, 4-gonum:
dentibus minutis, erectis.

Corolla hypocrateriformis, 4-fida. *Tubus* brevis,
calyce longior, marcescens. *Limbus* 4-parti-
tus: *laciniis* lanceolatis, patulis.

Filamenta fundo inter basin germinis et corollae inserta, basi latiora, tubo duplo longiora. *Antherae* subrotundae.

Germen inferum, subrotundum. *Stylus* staminibus brevior, semibifidus l. indivisus. *Stigmata* crassiuscula; l. si stylus indivisus, *Stigma* capitatum, depressum.

Bacca parva, subrotunda, apice quasi biloba l. dicocca 4 - sperma, coccinea; in duas partes divisibilis.

Semina oblonga, duobus lateribus plana, tertio convexa, unilocularia.

OBS. Flores polygami. Alii frutices masculi, floribus hermaphroditis similibus, deciduis.

Aestate et autumnò florens.

Species distincta imprimis: foliis subtus scabris, nec non colore ferrugineo partium diversarum plantae.

reticus- **CALLICARPA**, foliis basi rotun-
lata. datis elliptico - lanceolatis subserratis reticulato - nervosis, subtus tomentoso - incanis. *Prodr.* p. 31.

Habitat in *Jamaica*. h.

Frutex.

Caulis ramosus, inermis.

Rami oppositi, teretes, patentes, ex albido incani, tomentosi.

Folia majora, opposita, petiolata, basi rotundata, elliptico - lanceolata, subserrata, superiora integra, rugosa, reticulato - nervosa, venosa; subtus tomentosa, incana.

Petioli breviusculi, teretes.

Cymae axillares, oppositae, dichotomae, pedunculis communibus elongatis.

Flores congesti, numerosi, parvi, pedicellati.

Calyx 4 - fidus, incanus: *laciniis* brevibus, erectis, persistentibus.

Corolla 4 - fida, extus tomentosa.

Filamenta corollam aequantia, subulata. *Antbrae* ovatae.

Germen subrotundum. *Stylus* corolla longior,
bifidus. *Stigmata* crassiuscula.

Bacca calyci membranaceo insidens subrotunda,
extus sericea, 4 - sperma. —

o b s. Species haecce, cujus descriptionem mihi
praebuerunt specimina in Museo Bankiano,
a caeteris sui generis distinguitur: *foliis ru-*
gosis, reticulato-venosis.

elata. AEGIPHILA, foliis ellipticis acuminatis, paniculis terminalibus: staminibus exsertis, pistillo abbreviato. — *Prodr.* p. 31.

Knoxia scandens foliis cordato-ovatis pedunculis multipartitis alaribus.
BROWN. *jam.* 140. tab. 3. f. 3.

Incolit fruteta *Jamaicae.* h.

Frutex 6-pedalis et ultra, erectus, raro scandens, ramosus, teretiusculus, glaber.

Rami oppositi, simplices, longi, teretes.

Folia petiolata, opposita, ovato-oblonga, basi prope petiolum interdum emarginata, (unde cordato-ovata BROWN.) acuminata, integra, nervosa, venosa, submembranacea, utrinque glabra.

Petioli breves, teretes, pubescentes.

Panicula terminalis, rarius axillaris, thyrsoides; ramis oppositis, sub-3-partito-3-fidis.

Flores majusculi, lutescentes.

Perianthium campanulatum, limbo 4-fido: laciniis ovatis erectis extus pubescentibus.

Corolla hypocrateriformis cylindrica; *Tubo* calyce multo longiore et angustiore; *Limbo* 4-partito: laciniis oblongis, obtusis, patentibus.

Filamenta corolla longiora, tubo infra medium inserta, filiformia. *Antherae* simplices, ovatae, albidae.

Germen subrotundum, superum. *Stylus* filiformis bifidus. *Stigmata* simplicia, obtusa, in fauce tubi.

Bacca subrotunda, calyce persistente basi obvoluta, lutea, duriuscula, 4 - sperma.

Semina hinc convexa inde plana.

OB S. *Bacca* immatura transverse secta, fructum quadrilocularem ostendit.

Flores numerosi in eadem panicula pistillo carent.

Folia ovato-cordata describit BROWN E, elliptico-lanceolata tamen illa delineari curavit. *Flores* praeterea minus accurate depictos tabula ejus sistit.

Vere floret.

Mana- AEGIPHILA, foliis oblongo - acuminatis, apice attenuatis; paniculis terminalibus lateralibusque; staminibus inclusis; pistillo elongato.

Manabea laevis, foliis oblongo - ovatis acuminatis. AUBL. *Guian.* p. 66. tab. 25.

Habitat in *Guianae* sylvis, (AUBL.) provenit etiam in submontosis *Jamaicae*. H.

Frutex orgyialis et supra, caule tetragono ramoso, cortice cinereo lineato.

Rami elongati, patuli, stricti, tereti - 4 - goni, laeves.

Folia oblongata, subpedalia, petiolata, opposita, apice attenuata, integerrima, nervoso - venosa rigidiuscula utrinque glabra.

Petioli breves, teretes, superne canaliculati.

Paniculae terminales, et supraaxillares: ramis decussato - oppositis, versus medium tripartito - 3 - fidis, floribus quasi corymbosis, pallidis.

Calyx campanulatus, superus, dilatatus: limbo laciniis quatuor obsoletis obtusis.


Corolla

Corolla hypocrateriformis, tubo cylindraceo calyce angustiore; *Limbo* 4. partito: laciniis ovatis retusis patulis.

Filamenta e medio tubi. *Antherae* ovatae inclusae.

Germin inferum, l. fundo calycis campanulati insidens. *Stylus* capillaris, corolla duplo longior, versus apicem bifidus. *Stigmata* simplicia, tenuia.

Bacca initio subrotunda calyce coronata, tandem oblongata, flava, calyce persistente basi obvolvata, 4 - sperma.



o B s. Distincta ab *Aeg. elata* prodr. p. 51. habitu proceriore, ramis tetragonis et diversitate florum.

Fructum bilocularem esse **AVBLETIVS** ait, re vera tamen 4 - spermus absque loculamentis mihi visus est.



foetida. AEGIPHILA, foliis ovato-lanceolatis, subtus petiolisque hirsutis, pedunculis axillaribus solitariis trifloris. *Prodr.* p. 32.

Habitat in lapidosis montium *Jamaicae borealis*. h.

Frutex 1 - 2 - pedalis.

Caulis ramosus, teres, glabriusculus.

Rami teretes, pubescentes, apicibus hirsutis.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-ovata, obtusa, integra, nervosa, subrugosa, pubescentia.

Petioli brevissimi, teretes, nervusque medius folii hirsuti.

Hirsuties viscida, foetens.

Pedunculi axillares, breves, subsolitarii, 3 - flori, pubescentes.

Stipulae in medio pedunculorum, parvae, setaceae villosae.

Flores pedunculis longiores, flavescentes.

Perianthium campanulatum, subtruncatum.

Corolla cylindracea, versus limbum parum dilatata. *Limbus* 4 - partitus, patens.

Filamenta 4 longitudine corollae.

Germen sub - 4 - gonum. *Stylus* longitud. tubi.

Stigmata crassiuscula.

Bacca rotunda, majuscula, a basi ad medium calyce persistente cincta, matura rubra, tetrasperma.

Semina unilocularia.

o B s. Floret vere; foetens ut *Hyoscyamus*, *Sida viscosa* etc. imprimis tactu;

trifida. AEGIPHILA, foliis ovato-lanceolatis glabris, pedunculis axillaribus confertis trifidis. *Prodr.* p. 32.

Habitat in montosis *Jamaicae*, nec non sterilibus locis venti expositis. h.

Frutex et arbuscula.

Caulis erectus, ramosus. *Ramis* simpliciusculis teretibus, longis patentibus, laevibus.

Folia opposita, petiolata, ovato-lanceolata, acuminata, integra, nervosa, venosa rigidiuscula, glabra, atro-virentia.

Petioli breves, teretes, glabri.

Pedunculi axillares breves, plures conferti, simplices, interdum tripartiti, triflori.

Flores albidi.

Calyx tubulatus, 4-gonus, 4-dentatus.

Corollae Tubus angustus, teretiusculus subpollicaris.

Limbus 4-partitus, *laciniis* lanceolatis reflexis, una apice convoluto-cucullata, carnosa.

Filamenta medio tubi adfixa. *Antherae* intra tubum. *Stylus* staminibus brevior, apice bifidus.

Stigmata crassa.

Bacca oblonga, magna, calyce obvoluta, maturatione nigra, 4-sperma.

OBS. Vere et aestate floret.

coriacea. SAMARA, floribus sessilibus conglomeratis; foliis lanceolato-ovatis acutis subcoriaceis. *Prodr.*
P. 32.

Habitat in sylvis montium *Jamaicae australis*. h.

Arbor: Trunco 20 - 30 - pedali, ramis erectis.

Ramuli alterni, subtetragoni, laeves.

Folia petiolata, alterna, sparsa, lanceolato-ovata, acuta integerrima, rigidula, nervosa venosa glaberrima, membranacea, atro-virentia.

Petioli breves.

Flores laterales et axillares, conglomerati, sessiles, minuti, albidi.

Glomeruli florum sparsi, approximati.

Calyx 4 - phyllus (vel ad basin 4 - partitus). *Foliola* ovata, acuta, carinata, vix semilinearis, basi paulum connata.

Petala 4 basi leviter connexa, oblonga, acutiuscula, patentia, calyce triplo longiora.

Filamenta 4 basi petalorum inserta, brevissima.

Antherae oblongae, patentis, laciniis corollae adpressae, majusculae.

Germen superum, globosum. *Stylus* brevissimus.

Stigma magnum, ovatum.

Bacca? globosa; piperis magnitudine, unilocularis.

Semen unicum.

Obs. Aliae dantur arbores hujus speciei, floribus tantum masculis praeditae, ideoque *polygamae*.

Distinguitur a *Samara laeta* L., cui

Folia minora, tenuiora, obtusa.

Flores conferti nec conglomerati, sed subumbellati, pedicellis sesquilinearibus.

Corollae coloratiores.

RAPANEA *Guianensis*. **AUBL.** *Guian.* 121. *tab.* 46. hujus generis est species, licet pentandra; definienda:

SAMARA *pentandra*, floribus subsessilibus conglomeratis pentandris; foliis obovatis.

L A B A T I A.

Charaeter generis

vid. CHAETOCARPUS Gen. pl. ed. SCHREB.
p. 75. et 820. Pouteria AUBL. Guian. 85.
tab. 33.

Charaeter essentialis:

Corolla subcampanulata. *Calyx* 4-phyllus.

Capsula 4-locularis. *Sem.* solitaria.

(Flores monopetali, monocarpi, inferi, in-
ter *Penaeam* et *Blaeriam*.)

Calyx tetraphyllus, inferus.

Corolla subcampanulata, quadrifida.

Laciniae 2 minutae in divisuris corollae.

Capsula 4-locularis. *Semina* solitaria.

Locus: inter *Buddleam* et *Blaeriam*.

Ordo nat. XVIII. *Bicornes* β.

inter *Diospyros* et *Halesiam*.

Juss. fam. plant. Cl. IX. Ord. I. *Guajacanae*.

In memoriam *Joan. Baptistae* LABAT, Domi-
nicani, qui sub itinere (1700 - 1713) in In-
sulis Indiae occidentalis et Africes, pluri-
mas descripsit plantas, aliasque res ad hi-
storiam naturalem pertinentes.

Tab. VI. *Labatiae*

a. Flos. m. n.

b. Idem. m. a.

c. *Corolla* a calyce separata m. a.

d. *Corolla* secta. m. a. e. *Pistillum*. m. a.

f. *Capsula*. m. n.

g. Eadem transverse secta.

b. *Seminis* forma. m. n.

sessili- LABATIA. *Prodr.* p. 32.

flora. Habitat in frutetis montosis *Hispaniae.* h.

Frutex orgyialis et ultra.

Caulis erectus, laevis, cortice cinereo - ferrugineo.

Rami alterni, stricti, erectis *ramulis* teretibus, ferrugineis.

Folia petiolata, alterna, oblongo - lanceolata acuminata, integra, margine convexa, apice parum recurva, rigida, inferne pulchre nervosa venosa, *juniora* aureo - ferruginea nitentia, *adultiora* argenteo - sericea.

Petioli breves, teretes, ferruginei.

Flores minuti sessiles, subsolitarii, in ramis, praesertim in axillis foliorum ramulorum vetustiorum.

Calyx inferus, tetraphyllus, persistens, fuscus.

Foliola ovata, rigida, erecta; *duo* opposita interiora, minora, obtusa, concava, albida.

Corolla albida, persistens, capitis aciculae minoris magnitudine; *Tubo* campanulato, calyce minore; *Limbo* quadrifido, *laciniis* minutis, erectis, subtruncatis. *Lacinulae* duae, lanceolatae, minimae, oppositae in divisura corollae.

Filamenta 4 subulata, longitudine corollae, stylo approximata. *Antherae* acuminatae.

Germen subrotundum, minutum, pilis tectum.
Stylus subulatus, longitudine filamentorum.
Stigma simplex, obtusum.

Capsula subrotunda, sessilis magnitudine Nucis moschatae, scabrosa, ferruginea, quadrilocularis: *dissepimentis* luteis.

Semina solitaria, oblonga, compressa.

OBS. Capsula rarius *bilocularis* invenitur.

Fruticem florentem reperi mense Majo et Junio, et fructibus maturis Decembri et Januario.

flavens. VISCUM, foliis ovatis venosis, racemis axillaribus, utrinque ternis quaternisque. *Prodr.* p. 32.

Viscum aliud racemosum, foliis latissimis. *PLVM. ic.* 256. tab. 258. f. 4.

Viscum racemosum. *AUBL. Guian.* 895. 4.

Crescit in ramis arborum *Jamaicae, Caribaearum*, praesertim locis maritimis. h.

Frutex bipedalis, ramosus, teres, lividus.

Rami simplices, patentes, teretes, rugosi.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuta, apice obtusato, integra, magna (2 - pollicaria) plana, longitudinaliter nervosa: 5 - nervia, venosa, subsucculenta, utrinque glabra, colore livido.

Petioli breves.

Racemi axillares, brevissime pedicellati, terni aut quaterni, utroque latere conferti, foliis breviores, patentes, articulati.

Ad articulum quemcumque Calyculus cyathiformis 2 - lobus.

Articuli hexagoni, l. flores ordinibus sex spicae seu racemo inserti, parvi.

Masculi nondum observati.

• *Feminei.*

Calyx duplex: *Inferior* monophyllus, indivisus, integer. — *Superior* 3-fidus: *laciniis* ovatis acutis, conniventibus.

Cor. nulla.

Germen subrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* trigonum.

• *Bacca* ovata, 1-sperma, calyce clausa.

latifo- **VISCUM**, foliis ovatis acutis pla-
lium. nis aveniis, racemis axillaribus ge-
 minatis solitariisque.

Habitat in arboribus *Jamaicae*.

Frutex bipedalis, ramosus, teres, laevis: *ramis*
 simplicibus, patulis, teretibus, glabris.

Folia petiolata, opposita, ovata, basi et apice an-
 gustiora — apice obtuso, margine integra,
 plana, enervia, avenia, rigida, subcarnosa,
 fusco - viridia.

Petioli brevissimi, ut fere nulli.

Racemi axillares, inferne geminati, superne so-
 litarii, foliis breviores, subpedicellati, 4-goni,
 simplices, erecti, articulati, calycibus urceola-
 tis 2-lobis, articulos separantibus.

Flores minuti, sessiles.

Masculos non vidi.

Fem.: *Calyx* duplex: *Inferus* monophyllus, inte-
 ger; *superus* 3-dentatus: *dentibus* acutis, erectis.

Corolla nulla.

Germen ovatum. *Stylus* 0. *Stigma* 3-fidum.

Bacca calyce coronata, oblonga, monosperma.

macro- POTHOS, foliis cordatis, spadice
phylla. longissimo, radice nodosa. *Prodr.*

P. 33.

P. grandifolia. JACQ. *coll.* 4., p. 121. *ic.* vol. 2.

Dracontium amplis foliis cordatis, radi-
ce nodosa rubra. *PLUM. amer.* p.
48. tabb. 51. f. 1. et 63.

Dracontium cordatum. AUBL. *Guian.*
836. 3.

Habitat in truncis arborum *Jamaicae*,
alibique in India occidentali. 4.

Planta subparasitica, acaulis.

Radix nodosa, inaequalis, crassa, carnosae, peda-
lis, externe ferrugineo-pulverulenta, substantia
spongiosa, rubra; radículas exferens filiformes
longissimas.

Folia omnia radicalia, petiolata, maxima, 1-2-
pedalia, cordata, membranacea, dependentia,
venosa, postice nervosa; utrinque glabra, ni-
tida, viridia.

Petioli longi tereti-canaliculati, glabri.

Pedunculi 1. *Scapi* petiolis longiores, teretes, glabri.

Spatha monophylla, lanceolata, attenuata, mem-
branacea, colorata.

Spadix e sinu spathae, pedalis et ultra, teres,
crassus, nutans, tectus: floribus minutis, con-
fertis, lineis sese quadratim secantibus, inter-
stinctis.

Fructus caerulei.

viola. POTHOS, foliis ovato-lanceolatis.
cea. integris nervosis punctatis. *Prodr.*
 P. 32.

Arum parasiticum minus, foliis ovatis punctatis glabris, spica brevi.
 BROWN. *jam.* 333. 13.

Dracontium scandens. AUBL. *Guian.*
 836. 3.

Habitat ad radices et truncos arborum, in altissimis montibus *Jamaicae.* 4.

Planta subparasitica.

Radices crassae, longae, filiformes; simplices, glabrae, albidae.

Caules plures, congesti, 2-3-pedales; radican-tes; simplices; crassiusculi, teretes, stricti, nodosi, vaginati; foliosi; glabri.

Vaginae ad nodos caulis l. ad insertionem petiolorum, caulem cingentes, e contextu filamentoso reticulato compositae; ferrugineae.

Folia petiolata, sparsa, alterna, ovata, l. ovato-lanceolata, acuminata, integra, convexa; nervosa, punctata, nec perforata; membranacea.

Petioli crassiusculi, mediocres, teretes, superne canaliculati, glabri, basi vaginantes.

Scapi e sinu petiolorum, vix illis longiores, erecti, teretes, glabri, solitarii, 3-goni.

Spatha ovata, concava integra, spadice dimidio brevior, patens.

Spadix semipollicaris, cylindricus, viridis, fructificationibus tectus.

Cor.? *Valvulae* quatuor, 3-angulares apice retusae. (non nisi spadice baccifero distinguendae.)

Filamenta 4. petaloidea, membranacea, albida, persistentia, intra valvulas, germen claudentes, recondita, ut antherae stigmati insidere appareant. *Antherae* didymae, lobis univalvibus.

Germen subrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* bifidum.

Bacca valvulis basi obvoluta pellucida, violacea, 4-sperma.

Semina oblonga, remote et quadratim disposita, alba.

sanguino. AMMANNIA, foliis semiamplexicaulibus, basi cordatis, floribus subpedunculatis octandris petaligeris. *Prodr.* p. 33.

Incolit fossas et aquosa *Jamaicae*,
Hispaniolae.

Radiculae capillares, filiformes.

Caulis herbaceus semipedalis, erectus, tetragonus ramosus: ramis oppositis, patentibus.

Folia opposita, sessilia, semiamplexicaulia, (basi cordata,) lineari-lanceolata, integra, enervia, patentia, glaberrima.

Flores axillares, parvi, conferti 3 - 5, oppositi, pedunculo communi brevissimo.

Calyx 4-gonus, 8-dentatus, dentibus 4 minoribus, plicatus.

Petala 4. sanguinea, angulis calycis superne inserta, subrotunda, parva, patentia, decidua.

Filamenta longitud. corollae, 8, rubra. *Antberae* luteae.

Germen ovatum, *Stylus* staminibus longior, persistens. *Stigma* fere capitatum.

Capsula subrotunda, 4-locularis, polysperma.

repens. LVDWIGIA, foliis oppositis ovatis, pedunculis solitariis axillaribus; caule repente. *Prodr.* p. 33.

Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppositis, floribus singularibus ad alas. BROWN. *jam.* 146.

Habitat ad ripas fluviorum *Jamaicae* inter saxa repens, interdum fluitans.

Planta herbacea.

Caulis repens, subdivisus, teres, longissimus, 1-2-pedalis, glaber, ruber l. sanguineus.

Rami simplices, diffusi, radiculis capillaribus, simplicibus, albidis.

Folia petiolata, opposita, obovata, l. ovata acuta, basi cuneata, integra, nervosa, venosa, glaberrima.

Petioli breves.

Pedunculi brevissimi, axillares, solitarii oppositi uniflori, foliis multo breviores.

Flores minuti.

Bracteolae oppositae, solitariae, lanceolatae, ad basin germinis.

Calyx superus, 4-phyllus. *Foliola* ovato-lanceolata acuta, patentia, viridia, intus pallida.

Petala 4. inter calycis foliola, receptaculo inserta, ovata; foliolis calycinis multo minora, breviter unguiculata, decidua, lutea.

Filamenta 4 subulata, longitudine petalorum. *Antherae* subrotundae, didymae, luteae.

Germen inferum, oblongum tetragonum, apice quadratum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.

Capsula oblonga, tetragona, glabra, calyce coronata, apice medio puncto elevato, 4-locularis, 4-valvis; dissepimentis valvulis crassis oppositis, columella centrali quadrialata, l. dissepimentis centro semipartitis.

Semina plura, oblonga, fusca glabra.

Obs. Planta ab *ISNARDA palustri* L. specie forte non distinguenda. Praesentia petalorum, quibus caret *ISNARDA*, ab illa praecipue differre videtur.

Semina alis receptaculi non insidentia, uti in *LUDWIGIA*, sed *Columellae* adfixa.

*cordi-
folia.* DORSTENIA, scapis radicatis, fo-
liis cordatis ovatis denticulatis; re-
ceptaculis orbiculatis. *Prodr.* p. 31.
Obs. bot. p. 51. tab. VII. f. 2. (par-
tes fructificationis.)

Dorstenia cordifolia, subcaulescens, fo-
liis cordatis acutis sinuato - denta-
tis angulatis. LAMARK *Encycl.*
meth. 2. p. 317. n. 2.

Provenit rarius in *Jamaica* et *Hispa-
niola*, ad ripas umbrosas fluviorum,
supra saxa muscosa.

Radix infra terram globosa glabra, fibrillis fi-
lifformibus rectis descendentibus — *supra ter-
ram* teres denticulata subtorulosa (ab insertio-
ne petiolorum,) glabra.

Folia omnia radicalia, petiolata, uncialia corda-
to - obtusa, obtuse denticulata l. crenata, vix
nervosa, venosa, postice hispidula, supra gla-
bra.

Petioli longi 2 - pollicares, erecti, teretes, pu-
bescentes.

Scapi radicati, petiolis breviores, filiformes, la-
xi, pubescentes.

Receptaculum floris, rotundum, convexo - planum, subtus convexum hispido - pubescens, supra ferrugineum.

Margo crenatus; punctis viridibus hirsutis ad crenas. *Discus* parum concavus.

Flores masculi in disco versus radium, rarius in medio disci.

Calyces 4 - dentati, receptaculo immerfi, minuti.

Filamenta 4, rarius pauciora, brevia, crassiuscula. *Antherae* subrotundae, didymae, albae.

Flores feminei in medio disco, erumpunt e foraminibus 4 - gonis, 4 - dentatis: *dentibus* acutis, erectis.

Germen ovatum. *Stylus* erectus, pellucidus, viridis, apice tantum bifidus. *Stigmata* reflexa, obtusa, rubra.

Germen maturum receptaculo reconditum, in duas partes dehiscit, emittens

Semen subrotundum, glabrum.

OBS. Floret mensibus vernalibus.

B O E H M E R I A.

Charaeter generis:

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1421.

Charaet. essentialis:

Monoica, l. Dioica.

♂. *Calyx* quadripartitus.

♀. *Calyx* 0. *Stylus* 1. *Semen* 1.

(Flores incompleti, inferi.)

♂. *Calyx* 4 - partitus. *Corolla* nulla.

♀. *Calyx* nullus, sed *squamae* confertae, inter
quas singulas:

Germen obovatum. *Stylus* filiformis.

Semen unicum, compressum.

Locus ante *Vrticam*.

Ordo nat. LIII. *Scabridae* inter *Parietariam* et
Vrticam.

JUSS. *fam. plant.* Cl. XV. *Ord.* III. *Vrticae* II.

Hoc genus nominavit Ill. JACQUINUS in ho-
norem Cl. G. R. BOEHMERI Bot. Prof.
Wittembergensis. vid. BOEHM. *ramifloram*
JACQ. *stirp. amer.* p. 246.

OBS. Congeneres *Boehmeriae*, illique adjungendae, sunt:

Vrtica alienata, *cylindrica*, *interrupta*, *aestuans?* Sp. pl. *Vrtica arborea*, *stimulans* Suppl. pl. et *Vrtica japonica* Т Н В Н Б.

Tab. VI. *Boehmeriae*:

Fig. 1. *B. ovatae* flores congesti. m. n.

Fig. 2. *Idem*. m. a.

Fig. 3. Flores *B. littoralis*. m. a.

A. a. Flos masculus *B. littoralis*. m. n.

b. — m. a. c. Stamen. m. a.

d. Pistillum. m. n. e. — m. a.

f. Semen. m. a. g. *Idem*. m. n.

caudata. BOEHMERIA, foliis oppositis ovatis acutis ferratis, racemis longissimis pendulis; floribus dioicis; caule suffruticoso. *Prodr.* p. 34.

Urtica fruticosa, foliis amplissimis ovatis ferratis, spicis longissimis tenuibus ex alis propendentibus. BROWN. *jam.* 337. n. 11.

Habitat in sylvestribus montium altissimorum *Jamaicae*.

Caulis 1 - 2 - orgyialis, suffruticosus, erectus, simplex, teres, striatus, verrucosus ex foliis deciduis, versus apicem hirsutus.

Folia cauli superiori insidentia, petiolata, opposita, magna, palmaria et ultra, patentia, lato-ovata, acuminata, ferrata, nervosa, venosa, hispido-pilosa, subtus hirsuta.

Petioli longi, striati, hirsuti, compressiusculi.

Racemi l. Spicae axillares l. laterales, infra folia terminalia, longissimi, penduli, floribus conglomeratis tecti.

Glomeres subrotundi alternatim interrupti.

Braëteae 1. *Squamae* lanceolato - ovatae, rufae, membranaceae, floribus 1. germinibus intermixtae, deciduae.

Masculi et *Feminei* in distinctis individuis; illi rariores.

MASC. *Calyx* 4 - partitus. *Corolla* nulla.

Filamenta 4. calyce longiora. *Antbrae* ovatae erectae.

Rudimentum pistilli in medio.

FEM. *Germina* nuda, absque calyce et corolla, inter squamas, valde compressa, obovata, marginata. *Stylus* subulatus, filiformis, hirsutus. *Stigma* simplex, acutum, hirtum.

Per. nullum. *Semen* subrotundum, minutum, compressum, tunica emarceda germinis inclusum.

OBS. Floret Augusto et Septembri.

littora. BOEHMERIA, foliis oppositis ovatis. to - lanceolatis serratis, floribus conglomeratis axillaribus monoicis mixtis; caule herbaceo tetragono. *Prodrom.* p. 34.

Habitat ad littora arenosa fluviorum Hispaniolae.

Radices simpliciusculae, filiformes.

Caulis herbaceus, subbipedalis, erectus, strictus, interdum ramosus 4 - gonus, canaliculatus glaber.

Rami (si adsint) oppositi, stricti, erectiusculi.

Folia petiolata, opposita, decussata, ovato - lanceolata, crenato - serrata, 3 - nervia, venosa glabra, supra nitida.

Flores axillares, alternatim in glomerulis congesti, masculi cum femineis mixti, sessiles.

Masculi pauci, brevissime pedicellati.

Calyx 4 - partitus: laciniis ovatis, acutis.

Filamenta 4. calyce longiora, erecta. *Antherae* subrotundae, luteae.

Germen ovatum, absque stylo et stigmate.

Feminei numerosi, subimbricati, foliolis basi intermixtis. *Calyx* minutissimus, bivalvis.

Germen subrotundum, compressum, pubescens. *Stylus* capillaris, pubescens, fere plumosus, persistens. *Stigma* simplex, acutum.

Semen germine mole aucto inclusum, subrotundum, compressum.

OBS. Aprili florentem observavi.

Vrticae (Boehmeriae) *cylindricae* L. valde adfinis, sed diversa. —

*rami-
flora.* BOEHMERIA, foliis *alternis* lato-
lanceolatis acuminatis ferratis rugo-
sis, floribus aggregatis axillaribus
lateralibusque monoicis distinctis;
masculis triandris. *Prodr.* pag. 34.
JACQ. *amer.* p. 246. tab. 157.

Caturus ramiflorus. LINN. *Syst. veg.*

Vrtica frutescens, foliis rugosis ova-
tis, in acumen productis, ramulis
gracilibus. BROWN. *jam.* 337. n. 10.

Crescit in ruderatis et fruticetis mon-
tium *Jamaicae borealis.* h.

Arbuscula.

Caulis humanam altitudinem saepe superans, ra-
mosus, laevis.

Rami alterni subdivisi, teretes, foliosi, virgati,
patuli l. reclinati, pubescentes, striati.

Folia petiolata, alterna, lato-lanceolata, apice at-
tenuata acuta, basi cuneata, saepe falcata, fer-
rata, rugosa, scabra l. pubescentia, trinervia,
venosa, subterminalia, 2-pollicaria, pedalia.

Petioli longitudine varii, teretes, pubescentes,
laeves.

Flores axillares et laterales in ramulis infra folia, aggregati, monoici, distincti.

Masculi inferiores, in axillis foliorum inferiorum l. in ramulis aphyllis conglomerati, brevissime pedicellati, flavescentes, decidui, 3-andri, minuti.

Calyx 3-partitus, exalbidus l. flavescens; *laciniis* patentibus, erectis. *Corolla* nulla.

Filamenta tria, calyce duplo longiora, subulata, basi contigua, supra calycem deflexa. *Anthe-
rae* subrotundae, albae.

Pistilli rudimentum.

Feminei numerosiores, superiores, virides, aggregati.

Calyx nullus; sed *squamae* minutissimae numerosae, ovatae, ciliatae, inter quas

Germine solitaria, ovata, compressa. *Styli* capillares, longi, albidi, pubescentes. *Stigmata* simplicia, capillaria.

Semen germine inclusum, ovatum, compressum, marginatum.

OBS. Floret Julio.

Masculi rarius, feminei semper inveniuntur.

birta. BOEHMERIA, foliis *alternis* ovatis acutis ferratis hirsutis; floribus monoicis congestis axillaribus mixtis. *Prodr.* p. 34.

Provenit in summis montibus *Jamaicae*, locis umbrosis.

Suffrutescens.

Caulis 2-3-pedalis, ramosus, erectus, teretiusculus, striatus, hirtus.

Rami longi, erectiusculi, striati, hirsuti.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuta, ferrata, nervosa, venosa, rugosa, hispida, subtus hirsuta.

Petioli longiusculi, reflexi, striati, pubescentes.

Flores conglomerati, sub- et infraaxillares, mixti monoici.

Braëteae lanceolato-lineares, hirsutiusculae, membranaceae, deciduae rufae, sub glomerulis florum; *aliae* flores includentes, ovatae, acutae membranaceae, glabrae, imbricatae.

Masculi pauciores, medii inter femineos.

Calyx 4-partitus: *laciniis* ovato-lanceolatis erectis, albido-viridibus.

Filamenta subulata, corolla longiora. *Antherae* ovatae.

Rudimentum pistilli nullum.

Feminei numerosiores, minores, virides.

Germina subrotundo-trigona inter squamas solitaria. *Stylus* filiformis, longus, hirsutus.

Stigma simplex, acutum, laxum, hirsutum.

Semen minutum, conicum, nigrum.

reticu- VRTICA, foliis oppositis oblongis
lata. acutis ferratis, subtus reticulatis;
stipulis ovatis integris, racemis pa-
niculatis, foliis brevioribus. *Prodr.*
P. 35.

Vrtica reticulata. *Act. Holm.* 1787.
p. 30.

Habitat in petrosis montium *Jamai-*
cae interioris.

Radices filiformes, fibrosae, longae, tenaces.

Caulis 2 pedalis, suffrutescens, erectus, simplex,
ex insertione foliorum quasi nodosus, glaber,
striatus.

Folia petiolata, decussata, oblonga, acuminata,
a medio ad apicem ferrata, 3 - nervia, subtus
reticulata, glabra, crassiuscula.

Petioli compressi, striati, glabri.

Stipulae supraaxillares, oblongae, integrae, mem-
branaceae.

Racemi paniculati oppositi axillares compressi.

Mares et *Feminae* mixti in eodem racemo vel
distincti.

MASC. *Calyx* 4 - phyllus: *foliolis* brevibus erectis.

Filamenta 4. *Antherae* didymae, albae.

FEM. *Calyx* bivalvis albus, margine rubicundo, minutissimo.

Germen compressum. *Stigma* villosum.

o b s. Differt ab *V. grandifolia*, cui proxima:

Caule suffrutescente; *foliis* minoribus, subtus reticulatis, crassis; *Stipulis* ovatis; *racemis floribusque* multo minoribus.

laxa. VRTICA, foliis oppositis ovatis acuminatis serratis; floribus dioicis: masculis pedunculatis capitellatis, femineis racemosis; caule laxo. *Prodrom.* p. 35. *Acta Holm.* p. 58.

Habitat in frutetis umbrosis ad rivos in *Hispaniola*.

Caulis herbaceus, 3-5-pedalis, ramosus, laxis, laevis.

Rami divaricati, laxissimi, angulosi l. striati, subdivisi, glabri.

Folia opposita, petiolata, ovata, acumine longiori, dentato-serrata, 3-nervia, venosa scabrosa, subtus hirsutula.

Petioli longi, laxi. *Stipulae* ovatae, albidae, oppositae.

Flores dioici.

Masculi pedunculati, in capitulum congesti.

Pedunculi petiolis longiores, axillares, plerumque ad folia terminalia, filiformes laxi.

Calyx 4-partitus.

Filamenta

Filamenta 4 calyce longiora, elastice erumpentia. *Antherae* didymae, albae.

FEMINEI racemosi. *Racemi* parvi, compressi; floribus aggregatis minutissimis. *Pedunculi* racemorum ut in masculis, filiformes, longi, laxi.

Calyx 2-valvis, interdum 4-partitus, minutissimus.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

OBS. Mitis. Floret vere.

diffusa. VRTICA, foliis oppositis ovatis acutis ferratis hispidis, stipulis revolutis; racemis paniculatis folio longioribus; caulibus procumbentibus. *Prodr.* p. 35. *Acta Holm.* 1785. p. 30.

Provenit in saxosis montium *Jamaicae*. 2.

C*aulis* inferne frutescens, procumbens, diffusus, dichotomus, teres, glaber.

Rami herbacei, radicantes, diffusi, saepe bipedales et ultra, erectiusculi, glabri.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuminata, argute ferrata, trinervia, nitida pilis raris inermibus hispida.

Stipulae supraaxillares, sub pedunculis caulem ramosque semiamplexantes, margine revoluta, bifida.

Racemi laterales et terminali-axillares, oppositi, paniculati, foliis duplo longiores.

Flores monoici: *Masculi* et *Feminei* sparsi, minutissimi, 4 - 6 - aggregati, pedicellati.

Calyces flor. Masc. rubicundi.

OBS. Mitis. Varietatem *V. grandiflorae* non esse, suadent

Caules procumbentes, *Paniculae* elongatae, *Folia* hispida, *Stipulae* non cordatae integrae.

Betulae. VRTICA, foliis oppositis cordato-folia. subrotundis ferratis, stipulis oblongis; floribus racemosis; caule prostrato adscendente. *Prodr.* pag. 35. *Acta Holm.* 1787. p. 59.

Incolit loca saxosa umbrosa ad scaturigines, in montibus *Domingensibus*.

Radices reptantes, filiformes.

Caules herbacei, pedales, conferti simpliciusculi, laxi, teretes, foliosi, glabri, basi *stolones* longissimos filiformes exserentes, fragiles.

Folia petiolata, opposita, cordato-rotundata, serrata, trinervia, venosa, glabra.

Petioli longi, teretiusculi, glabri.

Folia Stolonum brevissime petiolata, orbiculata.

Stipulae oppositae, foliis interpositae, oblongae, integrae, albidae.

Racemi pedunculati, terminales, subpaniculati.

Flores minutissimi, monoici, albidi.

Pedicelli calycesque pallide rubri.

OBS. Floret Majo et Junio. Mitis.

rufa. VRTICA, hirsuta tota; foliis oppositis oblongis ferratis; stipulis subrotundis persistentibus; racemis terminalibus, caule suffrutescente. *Prodrom.* p. 25. *Acta Holm.* 1787. p. 59.

Habitat in montibus *Jamaicae australis*, locis petrosis. 2.

Caulis suffruticosus pedalis, inferne simpliciusculus, teres; superne ramosus, patulus, compressus, striatus: Ramis oppositis, herbaceis, compressis, subdivisis, patulis, hirsutissimis.

Caulis versus radicem quasi articulatus ex ramis inferioribus deciduis.

Folia opposita, brevius petiolata, parva, ovato-oblonga, acuminata, ferrata, leviter trinervia, nervosa, venosa, praecipue subtus hirsuta. Foliola minora, axillaria. Hirsuties ferruginea.

Stipulae oppositae, subrotundae, integrae, amplexicaules, membranaceae, albidae, persistentes.

Racemuli terminales ex axillis foliorum, breves erecti, patentes, parvi, hirsuti. Pedunculi capillares.

Flores minutissimi, conferti, monoici, masculi femineis mixti.

Masculi majores, albidi.

OBS. Vere florens; mitis.

rugosa. VRTICA, foliis oppositis oblongis ferratis nervosis rugosis; racemulis terminalibus; caule simplici erecto. *Prodr.* p. 35. *Act. Holm.* 1787. p. 60.

Provenit in saxosis ad ripas fluviorum, l. in subhumidis, *Hispaniolae*. ☉.

Radices filiformes, simplices.

Caulis herbaceus, pedalis, erectus, simplex, teres, hirsuto-tomentosus.

Folia opposita, decussata, petiolata, oblonga, apice et basi angustiora, obtusa, ferrata, (ferraturis ovatis acutis,) trinervia, venis rugosis, imprimis versus margines, glabriuscula, subtus nervis venisque hirsuta.

Petioli tereti-compressiusculi, hirsuti.

Stipulae intrafoliaceae, ovatae.

Racemuli terminales, parvi, patentes, foliis breviores.

Flores dioici, conferti, minutissimi.

Masculi

Femin. Calyx bivalvis: valvulis ovatis.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

OBS. Vernalis, mitis.

repens. VRTICA, foliis oppositis ovalibus ferratis; racemulis axillaribus, floribus monoicis; caule simplici repente. *Prodr.* p. 35. *Act. Holm.* 1787. p. 61. tab. 1. f. 1.

Habitat ad ripas arenosas, juxta rivos Hispaniolae. ☉.

Radices numerosae, filiformes breves, undique e caule sub petiolis exsertae.

Caulis herbaceus, spithamaeus, simplex, terrae adpressus, repens, teres, subsucculentus, hirsutiusculus, foliosus.

Folia opposita, petiolata, ovato-subrotunda, basi vix angustiora, ferrata, (ferraturis ovatis obtusis,) linearia, venosa, glabra, subtus subhirsuto glabriuscula.

Petioles mediocres, teretes, hirsutiusculi.

Racemuli subglobosi, pedunculis axillaribus, solitariis l. geminis, longitudine petiolorum, erectis.

Flores monoici.

MARES pauciores, inter feminas pedicellati, minuti.

Calyx 4 - partitus.

Filamenta calyce longiora. *Antherae* subrotundae, didymae.

FEMINEI numerosi, minutissimi.

Calyx univalvis, dimidiatus, ovatus, magnitud. germinis.

Germen oblongum. *Stigma* villosum, obliquum.

Semen glabrum oblongum.

OBS. Vernalis, mitis. Dignoscitur simplicitate et situ caulis, foliis et racemorum figura.

stoloni- VERTICA, subcaulescens, foliis oppositis oblongis subserratis, stolonibus radicalibus, floribus terminalibus dioicis. *Prodr.* p. 36. *Acta Holm.* 1787. p. 62.

Habitat ad ripas fluviorum, supra saxa inter muscos, in *Hispaniola interiore.* 4.

Herbacea, acaulis, l. rarius brevissime caulescens.

Folia radicalia, longius petiolata, erectiuscula, oblonga, acuminata, subserrata, nervosa, venosa, interdum aspera, pubescentia, pollicaria.

Petioli plusquam pollicares.

Stolones cauliformes, reptantes, teretiusculi, simplices, foliosi, e radice prope petiolos exserti.

Folia petiolulata, opposita, subrotunda l. ovata, dentata, nervosa, villosa - pubescentia, subcrispa.

Stipulae ad basin petiolorum radicalium, amplexantes, oblongae, integrae, membranaceae.

Aliae in stolonibus integrae, oppositae.

Pedunculi e medio foliorum radicalium, foliis longiores, filiformes, erecti, glabri, *floribus* dioicis.

MASCULI in capitulum congesti.

Calyx 4 - partitus. *Filamenta* 4. *Antherae* didymae, albae.

FEMINEI racemosi. *Racemi* subdivisi, horizontales, patentes, parvi: *floribus* minutissimis, confertis.

Calyx 4 - phyllus; *foliolis* duobus minoribus.

Germen ovatum. *Stigma* villosum. *Semen* oblongum.



OBS. Vere et aestate florens reperitur; mitis.



ciliata. VRTICA, foliis oppositis ovatis ciliatis ferratis, floribus terminalibus aggregatis subpedunculatis; caule divaricato. *Prodr.* p. 36. *Acta Holm.* 1785. p. 32.

Habitat in lapidosis sylvaticis *Jamaicae interioris*.

Radix filiformis.

Caulis herbaceus semipedalis ramosus, assurgens, divaricatus, glaber.

Ramuli oppositi, subdivisi, foliosi, glabri.

Folia petiolata, opposita, ovata, ferrata, 3-nervia, venosa, ciliata, lucida.

Stipulae minutae, connatae, amplexicaules, supraaxillares.

Cilia numerosa ad insertionem foliorum ramulorumque.

Flores terminales, aggregati, breviter pedunculati.

Masculi *femineis* mixti.

MASC. *Calyx* 4-phyllus: *foliolis* longioribus, ciliatis, coloratis.

Filamenta 4 longa. *Antherae* magnae, didymae, albae.

Pist. germinis rudimentum, minimum.

FEMIN. *Calyx* 4-partitus, viridis.

Germen oblongum, compressum, pellucidum. — *Stigma* obliquum, villosum.

OBS. Mitis. Diversissima ab *V. ciliari* L., cui racemi divaricati.

radi-
cans. VRTICA, foliis oppositis cuneato-
ovatis crenatis nitidis, floribus axil-
laribus subsessilicis, caule ramisque
radicantibus. *Prodr.* p. 36. *Acta*
Holm. 1785. p. 29.

Habitat in sylvis umbrosissimis *Jamai-*
cae septentrionalis interioris, radicans
super truncos arborum, saepe ad
cacumen, sub umbra aliorum scan-
dentium heic vulgatissimorum; nec
non in arboribus dejectis et semi-
putridis.

Caulis herbaceus, teres, laevis, erectiusculus,
subsucculentus, tener, fragilis, radiculis brevi-
bus albidis prope petiolos undique radicans;
subdivisus *ramis* oppositis, diffusis, radicanti-
bus.

Folia opposita, petiolata, horizontalia, ovata,
obtusa, basi attenuata, crenata, trilineata, lae-
vissima, nitida.

Stipulae nullae. *Petioli* breves.

Flores axillares, brevissime pedicellati, minimi
virides, monoici, masc. et feminei mixti.

MASC. *Calyx* 4 - partitus, succulentus: *laciniis* ovatis, acutis.

Filamenta 4 in foliolis calycis recondita. *Antherae* magnae, albae.

FEMIN. masculo adfidens, minimus. *Calyx* bivalvis.

Germen oblongum, compressum. *Stigma* villosum.

Semen ovatum, minutum, nitidum.

OBS. Praeter radículas, toto caule longitudinaliter truncis adfigitur, ideoque subparasitica.

Rarius floret. Mitis.

nummularia. VERTICA, foliis oppositis orbiculatis crenatis hirsutis, floribus terminalibus confertis monoicis; caule filiformi simplici repente. *Prodr.* p. 36. *Act. Holm.* 1787. p. 63. tab. I. fig. 2.

Nummularia saxatilis minima repens, floribus albis, floribus crenatis villosis. SLOAN. *Hist.* I. p. 206. t. 131. f. 4.

Provenit in montosis sylvarum Jamaicae inter crepidines saxorum repens.

Caulis herbaceus, longissimus simpliciter subdivisus, filiformis, repens, saepe bipedalis, radículas filiformes albidas exserens, striatus, hirsutiuseculus, viridis.

Folia parva, petiolata, opposita, orbiculata, crenata, hirsuta, nervosa, venosa, inferne pallidiora.

Petioli longitudine foliorum, hirsuti.

Cauliculi axillares, alterni, foliis longiores, foliolis floribusque terminati. **Foliola** terminalia 4-terna.

Stipulae parvae, oppositae, intrafoliaceae, albidae.

Flores terminales, conferti, pedicellati, monoici.
MASCULI solitarii in pedicellis paulo longioribus.

Calyx 4 - phyllus. *Foliola* ovata, concava, margine hirsuta.

Nectarium cyathiforme minutissimum.

Filamenta calyce duplo longiora. *Antherae* subrotundae albiae.

FEMINEI aggregati, racemulosi, masculis multo minores, minutissimi.

Calyx bivalvis.

Germen ovatum, compressum, pubescens. *Stigma* villosum.

OBS. Pulchra species, nummulariam referens.

depressa. VRTICA, foliis oppositis subrotundis crenatis glabris; floribus terminalibus confertis, caule repente subdiviso. *Prodr.* p. 36. *Acta Holm.* 1787. p. 64.

Provenit in umbrosis graminosis ad latera agrorum *Jamaicae interioris*. 4.

Caulis herbaceus 3 - 4 - pollicaris, terrae arcte adpressus, repens, radículas undique subtus emittens; subdivisus, angulatus, striatus, glaber, succulentus.

Rami breviusculi, caespitis instar cum vicinis intertexti.

Folia petiolata, parva, opposita, subrotunda, basi interdum angustiora, crenata, nervosa, glabra, crassiuscula, subsucculenta, fusco - viridia.

Stipulae ovatae, intrafoliaceae, semiamplexicaules, parvae, albidae.

Flores terminales, e centro foliorum 3 - 5 terminalium, racemulosi, dioici. *Racemuli* sessiles.

MASCULI

FEMINEI minutissimi in distincta planta.

Calyx bivalvis. *Valvulae* nudo oculo vix conspicuae.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

Semen subrotundum, nigrum.

OB S. Differt ab *V. nummularifolia*:

Caulibus minoribus, angulatis, intertextis,
terrae adpressis, succulentis; *ramisque* la-
teralibus numerosis;

Foliis; *Floribus* dioicis; *Colore*.

micro- VRTICA, foliis ovatis acutis inte-
phylla. gris, minoribus ovatis oppositis et
 intermixtis, floribus dioicis; cauli-
 bus simpliciusculis adscendentibus.
Prodr. p. 37. *Act. Holm.* 1787. p. 67.

Parietaria microphylla. LINN. *Syst.*
veg. 909. n. 8.

Vrtica humilior disticha diffusa com-
 pressa oblique assurgens, foliolis
 minimis. BROWN. *jam.* 336. n. 4.

Herniaria lucida, aquatica. SLOAN.
cat. 50. *Hist.* p. 145. t. 93. f. 2.

Habitat vulgatissima in *Indiae occiden-*
talis ruderatis, in rimis murorum,
 in paludosis, ad aquas.

Radices numerosae, filiformes, albidae.

Caules aggregati, herbacei 2-4-pollicares, basi
 procumbentes, adscendentes, simpliciusculi, ar-
 ticulati, superne canaliculati, glabri, subsuc-
 culenti.

Ramuli breves, foliosi, patentes.

Folia numerosissima, minuta, petiolata, duo l.
 plura majoribus opposita, oblonga, acuta, basi
 attenuata, integra, enervia, avenia, glabra, lucida.

Foliola duo in axilla majoris. *Stipulae* nullae.

Flores pedicellati, axillares, dioici.

MASCULI longius pedicellati, colorati, sanguineo albidi, in axilla solitarii.

Calyx 4 - partitus: *Lacinii* ovatis, obtusis, convexis.

Nectarium cyathiforme.

Filamenta 4, longa. *Antherae* subrotundae, didymae.

Rudimentum pistilli in fundo calycis.

FEMINEI in distincta planta, numerosi, brevius pedicellati, minutissimi, aggregati.

Calyx 4 - valvis. *Valvulae* oblongae, acutae, virides.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

Semen nitidum, subrotundum.

OBS. Toto anno viget floretque.

Triantbe- VRTICA, foliis oppositis oblon-
moides. gis integerrimis: alternis majori-
 bus, floribus monoicis; caule ere-
 cto ramofo. *Prodr.* p. 37. *Acta*
Holm. 1787. p. 68.

Habitat in rupestribus umbrosis jux-
 ta rivos in *Hispaniola.* 24.

Radices longae, filiformes, simplices.

Caulis herbaceus, pedalis, ad basin ramosus (in-
 star plurium), erectus:

Rami patentes, erectiusculi, subdivisi, angula-
 ti, canaliculati, articulati, crassi, succulenti,
 glabri.

Ramuli breves, alterni, horizontaliter pa-
 tentes, foliosi. *Articuli* caulis incrassati.

Folia petiolata, opposita, majora cum minoribus
 alternantia; cuneato-oblonga, obtusa, enervia,
 substriata, integra, glabra, lucida, subtus ocu-
 lo armato porosa. *Folia* ramulorum ejusdem
 formae, unoque vel altero axillari. *Stipulae*
 nullae.

Flores racemulosi, monoici.

Racemuli brevissimi, ut flores quasi sessiles
 sint, masculi femineique mixti.

MASCULI brevissime pedicellati, pauciores, parvi, rubri.

Calyx 4-partitus: *Foliolis* ovatis, convexis, sanguineis.

Filamenta 4. *Antherae* albae.

FEMINEI copiosiores, minutiores, pedicellis brevissimis.

Calyx trivalvis: *Valvulis* ovatis, convexis, viridibus.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

Valvulae calyc. persistentes includunt *Semen* subrotundum, acuminatum, brunneum; magnitudine Sem. *Portulacae*.

OBS. Dignoscitur ab *V. microphylla*:

Caule 6-plo majori, ramoso, erecto.

Foliis oblongis, nec acutis.

Floribus monoicis; *Cal. femin.* 3-valvi etc.

Herniarioides. VRTICA, foliis oppositis subrotundis integerrimis terminalibus quaternis; floribus terminalibus pedicellatis; caule filiformi diffuso. *Prodr.* p. 36. *Acta Holm.* 1787. p. 65. tab. 2. f. 1.

Habitat supra saxa in rivulis et fluviis *Domingensibus*. ☉.

Planta minuta, 1-2-pollicaris.

Caules conferti, filiformes, tenuissimi, saepe reptantes, diffusi, simpliciusculi l. subdivisi, glabri.

Folia opposita, breviter petiolata, spathulato-subrotunda, 2. lin. lata, obtusa, minuta, glabra, patentia; *terminalia* quaterna, longius petiolata.

Foliola nulla axillaria nec *stipulae*.

Flores minutissimi, monoici, terminales, distincti.

MASCULI inter folia terminalia, numerosi, pedicellati, aggregati.

Calyx 4-phyllus. *Foliola* convexa, ovata.

Filamenta calyce longiora, elastice erumpentia.

Anterae subrotundae, albae.

FEMINEI axillares, sub foliis terminalibus, pedicellati, conferti.

Calyx minutissimus, 4 - dentatus.

Germen subrotundum, compressum. *Stigma* villosum.

Semen nitidum, minutissimum.

o b s. Distincta ab *V. microphylla* (*Parietaria* L.) habitu, caule filiformi tenello, foliis, floribus, etc.

nudicaulis. VRTICA, foliis subterminalibus oppositis oblongis acuminatis integris trinerviis; caule anguloso, inferne nudo racemifero, floribus dioicis. *Prodr.* p. 35. *Acta Holm.* 1785. pag. 36. *ibid.* 1787. p. 71.

Habitat in calcareis rupibus *Femai-
cae interioris.*

Radix fibrosa.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectiusculus, subindivisus; anguloso - striatus, articulatus: ad articulos quasi contractus.

Folia plerumque terminalia, petiolata, opposita decussata, ovata l. oblonga, acuminata, integerrima, trinervia, venosa, glabra nitida, minutissime punctata. *Petioli* breves. *Stipulae* nullae.

Flores racemosi dioici. *Racemi* superiores in axillis foliorum, caeteri ad articulos caulis, oppositi, parvi; masculorum majores, breves, patentes.

MASCULI minuti, numerosi, albi, aggregati, brevissime pedicellati.

Calyx 4,- phyllus. *Nectarium* cyathiforme;
minimum.

Filamenta longitudine calycis. *Antherae* cor-
datae, didymae.

FEMINEI plerumque in distincta planta, rarissi-
me in eodem caule, minores, aggregati.

Calyx 4 - fidus. *Germen* ovatum, parvum,
compressum. *Stigma* villosum.

angustifolia. β . Foliis oppositis lanceolatis acu-
minatis integris trinerviis; cau-
le subnudo angulato racemife-
ro; racemis diffusis.

Habitat cum praecedente.

Differt ab α . foliis angustioribus subhispidis: cau-
le magis folioso; racemis longioribus
diffusis.

Serru VRTICA, foliis oppositis lanceolatis
lata. ferratis glabris; floribus capitellatis,
 pedunculis axillaribus folio brevio-
 ribus; caule frutescente tetragono.
Prodr. p. 36. *Acta Holm.* 1787. p. 65.

Habitat in petrosis calcareis *Jamaicae*
interioris. h.

Fruticulus fere pedalis.

Radices simplices, strictae.

Caulis frutescens, ramosus, erectus, 4-gonus,
 glaber, nigricans.

Rami 4-goni, subdivisi, erecti, stricti, foliosi.

Ramuli alterni.

Folia subsessilia, opposita, lanceolata, acumina-
 ta, parva; a medio ad apicem ferrata, utrin-
 que glabra, subtus pallida, enervia, avenia.

Folia alterna saepe minora.

Stipulae nullae.

Flores monoici capitellati. *Capitella* minuta vix
 Semine Cannabis majora, pedunculata. *Pedun-*
culi capillares, foliis breviores, solitarii, colo-
 rati, rubri.

Masculi et *Feminei* mixti.

MASCULVS unus l. alter brevissime pedicellatus,
rubicundus, inter feminas.

Calyx 4 - partitus: *Laciniis* acutis, erectis rubris.

Filamenta 4. longa, vi exsiliencia. *Antherae*
didymae, albae.

FEMINEI subsessiles, numerosi, minutissimi.

Calyx bifidus. *Germen* oblongum. *Stigma* vil-
losum.

Obs. Floret mensibus vernalibus,

lucida. VRTICA, foliis oppositis semipinnatis nitidis, floribus capitellatis, pedunculis foliis longioribus; caule frutescente angulato. *Prod.* pag. 36. *Acta Holm.* 1785. p. 31.

Habitat in rupibus montium *Jamaicae* frigidioris, ejusque ruderatis. h.

Fruticulus pedalis.

Caulis ramosissimus, inferne frutescens, erectus, leviter angulatus, glaber.

Rami divaricati, divisi, obtuse 4-goni, glabri, fragiles.

Folia opposita, sessilia, semipinnata, obtusa, glabra, nitida.

Ramuli ex axillis foliorum, alterni: foliis alternis, incis, obtusis, foliolo obovato oppositis.

Stipulae nullae.

Flores monoici, in capitellum minutum pedunculatum nutans conferti.

Pedunculi axillares, folio longiores, capillares, patentes.

Masculi et *Feminei* mixti.

MASCULVS brevissime pedicellatus.

Calyx 4-fidus coloratus: *Laciniis* acutis, conniventibus, succulentis, viridibus.

Filamenta 4 longa, elastice erumpentia. *Antherae* didymae, albae.

FEMINEI masculo adfidentes, sessiles, minutissimi.

Calyx 4-fidus, coloratus.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

o B s. Tota planta lucida, vere inprimis floret.

Distinguitur ab *V. ferrulata*: foliis pinnatifidis, *foliolis* numerosis, luciditate, etc.

Lappula-**VERTICA**, foliis alternis ovatis sca-
cea. briusculis, floribus terminalibus sub-
 sessilibus, feminibus trigonis; caule
 diffuso. *Prodr.* p. 37. *Acta Holm.*
 1787. p. 69. tab. 2. f. 2.

Vrtica humilis. *Acta Holm.* 1785. p. 34.

In *Jamaicae* ficcis petrosis vulgatissima.

Radix fibrosa.

Caulis repens, divaricatus, ramosissimus, teres,
 glaber l. pubescens.

Rami ramulique alterni, diffusi, repentes, pu-
 bescentes.

Folia alterna, petiolata, terminalia, subquaterna,
 ovata, semipollicaria, basi latiora, aequaliter
 lata ac longa, parum acuminata, integerrima,
 ciliata (imprimis margine,) superne scabriuscula.

Petioli breves, pubescentes.

Foliola ramulorum incana, villosa. *Stipulae*
 nullae.

Flores conferti in medio foliorum terminalium,
 minuti, masculi et feminei mixti.

MASCULI in racemulo pedicellato femineis lon-
 giori, brevissimo, 3 - 4. floribus pedicellatis,
bracteis ciliatis distinctis.

Calyx 4-partitus: *Lacinis* ovatis, acutis, concavis ciliatis, hirtis, rubris.

Nectarium cyathiforme, minutissimum.

Filamenta 4, calyce longiora, apice reflexa, vix filientia, alba. *Antherae* magnae, subrotundae, didymae, albae.

Rudimentum pistilli in medio nectaris.

FEMINEI sessiles, pauci, virides.

Calyx bivalvis: *Valvulis* ovatis, concavis, supinis ciliatis. *Braeeteae* duae, minimae subvalvulis, membranaceae.

Germine duo, unum ad singulam valvulam, 3-angularia, subtus convexa, supra plana, supina. *Styli* nulli. *Stigmata* villosa, albidia.

Valvulae persistentes, basi cohaerentes, margine ciliatae, ciliis uncinatis, quibus insident *germina* matura, hispida, valvulis multo minora, includentia.

Semen 3-gonum, apice bifidum.

Obs. Tempore vernali flores prodeunt. Mitis. Semina matura una cum valvulis, manibus et vestibus adhaerent.

Omnia *Vrtictrum* maxima singularis. Proxima *Parietariis* habitu.

*cunei-
folia.* VRTICA, foliis oppositis cuneato-
obovatis apice dentatis: alternis ma-
joribus; racemulis terminalibus; cau-
le suffrutescente tereti. *Prodr.* pag.
37. *Acta Holm.* 1787. p. 70.

Vrtica crenulata. *Acta Holm.* 1785.
P. 35.

Provenit in petrosis muscosis calcare-
isque montium *Jamaicensium.* h.

Radix repens, stricta.

Caulis suffrutescens, 3 - pollicaris — pedalis, ra-
mosus, erectus, teres, striatus, glaber.

Rami subdivisi, teretes, glabri, alterni.

Folia opposita, alterna 6 - plo majora, brevissime
petiolata, cuneiformia, obovata, apice crena-
to - dentata, subnervia, glaberrima, nitida.

Foliola opposita obovata, integra, subsessilia.

Stipulae nullae.

Flores racemulosi, monoici.

Racemuli minuti, floribus congestis, (nec ca-
pitellatis) pedunculati. *Pedunculi* ex axil-
lis foliorum terminalium, foliis breviores,
capillares, solitarii, patentes, rubicundi.

MASCULVS pedicellatus.

Calyx 4-fidus; *laciniis* erectis, crassis rubris, apice viridibus.

Filamenta longa. *Antherae* didymae, albidae.

FEMINEI numerosiores, 3-plo minores, fere sessiles.

Calyx bifidus.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

pusilla. β . *pollicaris*, foliis ovatis, caule herbaceo simplici; floribus minutissimis.

Habitat in rupibus minoribus.

Obs. Haec cum praecedentibus: *V. microphylla*, *Triantemnoide*, *Herniarioide*, *nudicauli*, *serrulata* et *lucida*, facie quidem ab *Vrticis* alienae videntur, floribus tamen, *stigmatate* imprimis *sessili villoso*, omnino conveniunt.

*sessili-
flora.* VRTICA, foliis alternis lanceolato-
ovatis acutis crenatis, racemis bre-
vissimis axillaribus; caule erecto.
Prodr. p. 37. Acta Holm. 1785. p. 33.
Habitat in montosis lapidosis *Jamaicae*
interioris. 4.

Radix ramosa, fibrosa, stricta.

Caulis pedalis, basi frutescens, subdivisus, erectus
strictus, teres, scabriusculus.

Rami erecti, alterni.

Folia petiolata, inferne alternantia, versus supe-
riora ramulis l. rarius aliis foliis opposita, lan-
ceolato - ovata, acuminata, crenata, trinervia,
scabriuscula, subnitida, subcrassa.

Petioli longi, alterni, striati, glabri.

Racemi minuti, brevissimi, sessiles, axillares l. la-
terales, floribus conglomeratis, monoicis.

MASCULI plerumque in axillis ramorum supe-
riorum, vel in ipso caule.

Calyx 4-partitus: laciniis patentibus.

Nectarium cyathiforme in medio calycis.

Filamenta 4. calyce longiora. *Antherae* ma-
gnae, didymae, albae.

FEMINEI in ramis superioribus:

Calyx bifidus.

Germen oblongum. *Stigma* villosum.

OBS. Inermis.

elata. VRTICA, foliis alternis ovatis acutis ferratis, caule arboreo, ramis nudiusculis racemiferis, floribus dioicis. *Prodr.* p. 37.

Habitat in montibus *Jamaicae australis.* h.

Arbor 10 - pedalis et infra.

Truncus crassitie diametr. 1 - 2 - pollicari, cortice laeviusculo - cinereo.

Rami patentes, subdivisi, cicatricati.

Ramuli angulosi, inaequales ex foliis deciduis, versus apices ciliati, urentes.

Folia praecipue terminalia, petiolata, elliptica, ovata, acuta, serrata, 3 - nervia, nervosa, venosa glabra, margine subciliata, urentia.

Petioli longi, laxi.

Flores racemosi. *Racemi* laterales infra folia in ramis, supra cicatrices petiolorum deciduorum, unciales, compositi, ramis dichotomo - divergentibus, filiformibus, ciliatis, multifloris: *floribus* sessilibus dioicis, remotiusculis, minutis.

MASCULOS videre non contigit.

FEMINEI.

Calyx bivalvis. *Valvulae* minutissimae.

Germen subrotundum, minimum. *Stigma* villosum, magnum, albidum.

Lygistum. MANETTIA, foliis ovatis acutis venosis, caule volubili suffrutescente. *Prod.* p. 37.

Petesia Lygistum. LINN.

Lygistum flexile fruticosum, foliis ovatis oppositis, petiolis pedatis, racemis alaribus. BROWN. *jam.* 142. tab. 3. f. 2.

Provenit in montibus altis *Jamaicae australis*. 4.

Caulis suffrutescens, alte scandens, volubilis, flexuosus, subdivisus, tetragonus.

Rami flexuosi, filiformes, laeves.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuminata, integra, nervosa, venosa, rigidiuscula, glabra, subtus nervis hirtis scabriuscula.

Stipulae interpetiolares, oppositae, subulatae, brevissimae.

Pedunculi solitarii axillares, foliis longiores, erecti, multiflori l. tripartiti: *pedicellis* oppositis trifloris. *Flores* pedicellati, caerulei.

Braeteolae minutae ad basium pedicellorum.

Calyx superus, 8-partitus l. 8-phyllus: *foliolis* 4 minutis, caeteris lineari-lanceolatis, erectis.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* $\frac{1}{3}$ pollicaris, teres. *Limbus* 4 - partitus: *laciniis* aequalibus, acutis, patentibus.

Filamenta 4, medio tubo inserta, corolla paulo longiora. *Antherae* subrotundae.

Germen inferum, subrotundum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* simplicia.


Capsula subrotunda, bilocularis, bivalvis, dissepimento parallelo interius dehiscente (quasi capsulae 2.)

Semina subrotunda, compressa, seminulo centrali, margine membranaceo, *receptaculo* oblongo cujusque valvulae imbricatim infidentia.

OBS. Genus *Rondeletii* et *Cinchonis* fructu valde adfines, discrepat vero habitu et numero.

Fructus *Baccam* appellat BROWNE, capsulam tamen delineari curavit. l. c. Tab. 5. f. 2. e. f. g.

Schefferia.



Tricera.



DIGYNIA.

S C H A E F F E R I A.

*Character generis:*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1507.*Charact. essentialis:**Dioica.*♂. *Calyx* 4-phyllus. *Corolla* 4-petala aut nulla.♀. *Calyx* 4-5-partitus. *Corolla* 4-petala l. nulla.*Bacca* bilocularis. *Sem.* solitaria.*Locus* post *Hamamelin* et *Pteleam*.*Ordo nat.*Juss. *fam. plant.* Incertae sedis: (Polyp. germ. supero.)

In honorem viri operibus variis Botanicis clari *Jacobi Chr. SCHAEFFER*, eccles. Ratisbonens. Superint. alteri speciei novi generis nomen dedit Ill. *JACQUINVS*. vid. *Ejus Stirp. amer.* p. 260.

Tab. VII. *Schaefferiae*A. Speciei primae seu *S. completae*:

♂. a. Flos masculus. m. m. b. Calyx. m. n.

c. Flos masc. m. a.

♀. *d.* Flos femineus. m. n.

e. Calyx ejusd. m. n. *f.* Flos femin. m. a.

g. Bacca. m. a. *h.* Eadem transverse secta. m. a. *i.* Semen. m. a.

B. Speciei secundae I. *S. apetalae*:

♂. *a. b.* Flos masc. calyce 4-5-phyllo,

c. Idem — m. a.

d. Idem a tergo visus. m. a.

e. Stamina c. nectario.

♀. *f. g.* Flos femineus calyce 4-6-phyllo, m. n.

b. Idem. m. a. *i.* Bacca. — m. n.

k. Eadem transverse secta. *l.* Semen.

completa. SCHAEFFERIA, floribus 4-pe-
talis axillaribus. *Prodr.* p. 28.

Schaefferia frutescens. JACQ. *amer.*
p. 259.

Buxi folio majore acuminato, arbor
baccifera, fructu minore croceo
dipyreno. SLOAN. *Hist.* 2. p. 102.
t. 209. f. 1. *cat.* p. 71.

Provenit in frutetis siccis *Jamai-*
cae australioris et *Hispaniolae.* h.

Arbuscula s. *frutex.*

Truncus erectus, cortice laevi cinereo.

Rami erectiusculi, inaequales, rigidi, glabri.

Folia petiolata, alterna minora, ovata acuta, sub-
integra l. levissimae crenata, venosa, rigida
pice subrecurva, viridia, nitida.

Petioli breves.

Flores axillares, pedunculati, pallidi, dioici.

Pedunculi plures conferti foliis multoties bre-
viores, uniflori, decidui.

Squamulae calyciformes, minutae ad basin pe-
dunculorum.

MASC. *Calyx* 4 - phyllus, minutus: *Foliolis* ovatis, concavis.

Petala 4, foliolis calycinis pluries majora, lanceolato - ovata, concava, patula, alba, decidua.

Filamenta 4, subulata, longitudine petalorum, erecta. *Antherae* subrotundae, luteae.

Pistilli rudimentum.

FEMINEI in diverso frutice, pari modo pedunculatis, vix pauciores.

Calyx 4 - partitus; *laciniis* obtusis, patulis, minutis.

Petala 4 - lanceolato - ovata apice latiuscula patentia, decidua.

Germen subrotundum, viride. *Styli* 2 brevissimi reflexi. *Stigmata* paulum bifida.

Bacca subrotunda, bilocularis; initio, lutea, tandem coccinea, magnitudine feminis piperis minoris.

Semina hemisphaerica, solitaria.

OBS. Bis in anno florentem vidi; mense *Januario* nempe et *Junio*.

lateri SCHAEFFERIA, floribus laterali-
flora. bus apetalis. *Prodr.* p. 30.

Crescit in frutetis montosis *Hispanio-*
lae. h.

Arbuscula.

Truncus orgyialis et ultra, erectus, laevis.

Rami teretes, glabri, cinerascens, floriferi.

Folia petiolata, alterna, ovato-acuminata, mem-
branacea, rigidiuscula, fusco-virentia, pulchre
venosa, subreticulata.

Petioli laterales, aggregati in ramulis infra fo-
lia, subsessiles l. brevissime pedicellati, dioi-
ci, viridi-albidi.

MASC. *Calyx* 4-rarius 5-phyllus. *Foliola* ova-
to-lanceolata, patentia margine albido-
ciliata; duo minora.

Petala nulla, sed

Nectarium? minutum 4-gonum, con-
vexum, luteum, subvillosum, in me-
dio calycis.

Filamenta 4 raro 5, filiformia erecta, fo-
liolis perianthii longiora, basi villosa.

Antherae subrotundae, didymae, lute-
ae, villosae.

Pistilli rudimentum.

FEMINEI:

Perianthium 4 - 5 - partitum: *Foliola* ut in mare, ciliata.

Petala nulla, sed *Margo* carnosus, compressus, ad basin germinis, luteus.

Germen subrotundum. *Styli* duo, brevissimi, patentes, crassi. *Stigmata* hemisphaerica, compresso - capitata, rugosa, lutea.

Bacca subrotunda, magnit. piperis majoris, pubescens, matura coccinea; 2 - locularis.

Semina solitaria, hemisphaerica, glabra,

o b s, Floret *Februario*.


Genere forte diversa a praecedente,

TRIGYNIA.

T R I C E R A.

*Charaeter generis.*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1461.*Crantzia.* Sw. *prodr.* 38.*Charaet. essentialis:**Monoica.*♂. *Calyx* 4 - phyllus. *Cor.* nulla. *Filamenta* ovata.♀. *Calyx* 5 - phyllus. *Cor.* o. *Styli* conici.*Capsula* 3 - cornis, 3 - locularis.*Locus* inter *Ciccam* et *Buxum*.*Ordo* nat. XXXVIII. *Tricoccae*, post *Buxum*.*Juss.* *fam. plant.* Cl. XV. *Ord.* I. *Euphorbiae*.

Etymon a Graecis vocibus Τρεῖς tres et Κερας cornu, ob figuram fructus, stylis persistentibus cornuti.

Tab. VII. *Tricerae* inflorescentia seua. *Umbellula* masculis pedicellatis, femineo sessili. m. n.b. *Flos* masculus nuper evolutus. m. a.

c. — defloratus. m. a.

- d.* Stamen anthera polline foeta. m. a.
 - e.* — post pollinis emissionem. m. a.
 - f.* Flos femineus.. m. n.
 - g.* Capsula 3-cornis e stylis persistentibus. m. n.
 - b.* Capsula transverse secta. m. n.
 - i.* Eadem in tres valvulas dissiliens. m. n.
 - k.* Valvula unica seorsim. m. a.
 - l.* Semen. m. n.
-

laevi- TRICERA.

gata. *Crantzia. Prodr. p. 28. VAHL. symb.*
2. p. 99.

Habitat in frutetis montium *Jamaicae*
occidentalis. h.

Frutex 2 - 3 - pedalis, ramosus.

Rami simpliciusculi longi, patentes, subtetra-
goni, foliosi, laeves.

Folia petiolata, opposita, *disticha*, ovato-lanceo-
lata, acuta, convexa, integerrima, supra ve-
nosa, margine lineata, subtus avenia, rigidiu-
scula, glaberrima.

Petioli breves teretes.

Flores umbellulati, monoici.

Umbellae simplices, axillares, oppositae; *pe-*
dunculo communi tetragono, foliis triplo
breviore; *masculi* pedicellati, *femineo* soli-
tario sessili in medio umbellulae.

♂. *Pedicelli* 4 - 8 oppositi, approximati, in for-
mam umbellae, $\frac{1}{4}$ pollicares, uniflori, de-
cidui.

Braeteolae duae minutae albae ad basin et
in medio pedicellorum.

Perianthium ad basin 4-partitum: *laciniis* lan-
ceolatis, acutis, erectis, persistentibus, albi-
do-coloratis.

Petala nulla.

Filamenta 4: erecta, calyce longiora, ovata! alba. *Antherae* apici filamentorum adfixae, lanceolatae, acutae, erectae, medio canaliculatae, post florescentiam recurvatae, pallidae.

Pistillum nullum, nec rudimentum.

♀. sessilis, solitarius, major.

Perianthium 5-phyllum. *Foliola* ovata, acuta, erecta, albida.

Petala nulla.

Germen 3-gonum. *Styli* 3 rarius 4 breves, teretes. *Stigmata* longiora, recurva, patula, canaliculata, persistentia, sub maturefcentia bipartibilia.

Capsula oblonga, pisi majoris magnitud. trigona, trilocularis, tricornis ex stylis persistentibus, trivalvis: *Valvulis* elastice dissilientibus.


Semina bina, oblonga, trigona, nitentia, nigra, *Arillo* membranaceo albido cineta.

OB 5. Florentem reperi mensibus vernalibus.


III. SCHREBER in sua edit. Generum plantarum Cl. I. N. CRANTZIO alterum consecravit genus, ideoque nomen meae plantae lubenter mutavi.

Buxo valde adhaere Genus, ejusdemque ordinis naturalis et loci systematis; distinctum tamen esse videtur: absentia corollae, figura filamentorum stigmatumque, et arillo seminis; nec non peculiari inflorescentia.

Argythamnia.



Bumelia.



ARGITHAMNIA.

Charakter generis

vid. SCHREB. *Gen. pl.* n. 1418.

Charakter essentialis:

Monoica.

♂. *Calyx* 4 - phyllus. *Corolla* 4 - petala.

♀. *Calyx* 5 - phyllus. *Cor.* o.

Styli dichotomi. *Capsula* tricocca.

Locus post CICCAM.

Ordo nat. XXXVIII. *Tricoccae.*

Juss. fam. plant. Cl. XV. *Ord.* I. *Euphorbiae.*

Nomen olim dedit Cl. Patric. BROWNÉ a
Graecis *Αργος albus* l. *Αργυρεός argenteus*
 et *Θάμνος Frutex*, ob colorem candicantem
 fere omnium partium fruticis.

Tab. VIII. *Argithamniae*

a. *Racemulus florens.* m. n. b. *Idem* — m. a.

c. *Flos masculus situ naturali.* m. a.

d. *Idem calyce petalisque patulis.* m. a.

e. *Flos femineus.* m. a.

f. *Germen defloratum, l. capsula.* m. n.

g. *Capsula medio secta, 3 - cocca.*

h. *Semen.* m. n.

candi- ARGITHAMNIA. *Prodr.* p. 39.

cans. *Argithamnium* fruticosum, albida; foliis oblongis, nervis paucioribus arcuatis. BROWN. *jam.* 338.

Ricino affinis odorifera fruticosa minor tenero folio, fructu tricocco, dilute purpurascente. SLOAN. *jam.* 44. *Hist.* 2. p. 133. t. 86. f. 3. RAY. *Hist.* 3. p. 114.

Habitat in aridis lapidosis et maritimis *Jamaicae*, inque declivitatibus montium. h.

Frutex 2 pedalis, erectiusculus in montosis, humilis et diffusus in maritimis, cortice cinereo-albido.

Rami laeves, candidi.

Folia petiolata, alterna, ovato-lanceolata, serrata, laevia, nervosa, subtus pubescentia, albicantia.

Pubes candicans.

Petioli brevissimi. *Stipulae* solitariae, setaceae.

Racemuli parvi, axillares et terminales, longitudine petiolorum. *Flores* monoici.

Masculi

Masculi minuti, terminales, breviter pedicellati, albidi; *feminei* plerumque solitarii ad basin racemuli, pedicellati, paulo majores, albido-virescentes.

♂. *Perianthium* 4 - phyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, incanis.

Petala 4. lanceolato - ovata, margine ciliata, calyce breviora, alba.

Glandulae 4. inter petala, subrotundae, depressae, virides.

Filamenta 4. petalis longiora, basi approximata, dilatata. *Antherae* simplices, luteae.

Pist. *Styli* rudimentum.

♀. *Perianthium* 5 - phyllum; *foliolis* lanceolatis, incanis.

Petala nulla. *Nectarium* nullum.

Germen ovatum, sub-3-gonum. *Styli* tres, patuli, semibifidi: *laciniis* singulis bifidis.

Stigmata lacera.

Capsula magnitud. pisi majoris, subrotunda, trilocularis, in 6 *valvulas* dehiscens, incana, subinde purpurascens.

Semina solitaria, subrotunda.

OBS. Aestate floret.

Odor virosus, tricoctarum.

Affinis *Phyllantho*, sed habitu diversissima.

TETRAGYNIA.

obcordata. ILEX? foliis obcordatis coriaceis, caule fruticoso.

Observata in summo jugo montium caeruleorum *Jamaicae*. h.

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami erecti, subdivisi, teretes inaequales, striati, cortice cinereo.

Ramuli conferti fastigiati, teretes, sulcati, rigidi.

Folia petiolata sparsa sed approximata, subrotundo-obcordata, integra, parva, obsolete canaliculata, erecta, enervia, avenia, nitida, coriacea.

Petioli longitudine fere foliorum, ramulis adpressi; unde ramuli excavantur, et inaequales quasi angulati fiunt.

Aculei gemini ad basin petiolorum, minutissimi.

Pedunculi petiolis breviores, axillares in summitate ramulorum, plures, 3-flori: *pedicellis* florum brevissimis; *floribus* minutis, albis.

Calyx 4-phyllus, vel ad basin 4-partitus: *laciniis* subrotundis, incumbentibus, rigidis.

Corolla rotata, basi quadrata. *Limbus* 4 - partitus: *Laciniis* ovatis, concavis, patentibus, albidis, subtus purpurascens.

Filamenta 4. in angulis corollae sita, laciniis limbi breviora, subulata. *Antherae* erectae, oblongae, luteae.

Germen subrotundum, 4 - gonum, luteum. *Stylus* brevissimus, flaminibus brevior. *Stigma* obtusum.

Pericarp. uniloculare?

Obs. Ob fructus defectum certum genus huic frutici assignare non potui: hoc olim determinabitur cognita anatome pericarpium. Ejusdem etiam generis forte erit *Macoucoua* AUBL. *Guian.* p. 88. t. 34.

Florentem legi modo descriptam mense *Februario.*

Rhaco- MYGINDA, foliis lanceolato-ova-
ma. tis obtusis crenatis; floribus mono-
 gynis, stylo 4-fido. *Prodr.* p. 39.

Rhacoma Crossopetalum. LINN.

Crossopetalum fruticulosum tenue, fo-
 liis ovatis tenuissime denticulatis op-
 positis, racemis alaribus. BROWN.
jam. 145. t. 16. f. 1.

Incolit maritima arenosa *Jamaicae oc-*
cidentalis. H.

Frutex bi- s. tripedalis, ramosus, erectus, cortice
 cinerascete.

Rami subdivisi, laeves, stricti.

Folia parva, (semipollicaria,) opposita, petiolata,
 ovato-lanceolata obtusa, crenata, rigidiuscula,
 vix nervosa, glabra, subnitida rigidiuscula.

Petioli brevissimi.

Flores racemulosi, minutissimi, rubelli.

Racemuli l. pedunculi 2-3-flori, axillares, fo-
 liis breviores.

Calyx 4-fidus, brevissime tubulatus, inferius ru-
 bro coloratus.

Corolla profunde 4-partita, subrotata, patens, albido-rubra: *laciniis* ovatis, minutis, margine fimbriatis.

Filamenta 4 e basi corollae inter lacinias, supra tubum inflexa. *Antherae* simplices minutissimae, luteae.

Germen ovatum. *Stylus* subulatus longitudine tubi corollae. *Stigma* 4-fidum.

Drupa parva, subrotunda magnitudine baccae ribis rubri minoris, coccinea, nitida.

Nux sphaerica, monosperma.

o b s. Floret aestate.

Fructus vere Drupa est, etsi eam Cl. BROWNE Capsulam appellat, descriptionem e pericarpio immaturo exhibens.

Omnino itaque congener est *Mygindae* JACQUINI, cui habitu simillima; differt vero praecipue:

Foliis minoribus, ovatis; et

Stylo indiviso.

Distinguenda igitur *Myginda Vragoga* caractere specifico:

M. foliis subcordatis acuminatis subserratis pubescentibus.

latifo. MYGINDA, foliis ellipticis crenu-
lia. latis subcoriaceis, stigmatibus 2 - 4
 sessilibus. *Prodr.* p. 39. VAHL.
symb. 2. p. 32.

Habitat in *Caribaeis.* h.

Frutex 3 - 4 - pedalis, ramosus:

Rami sparsi, 4 - goni, laeves.

Folia petiolata, opposita, oblonga, obtusa, cre-
 nulata, (crenis remotis,) venosa, glaberrima,
 rigida, subcoriacea.

Petioli breves.

Pedunculi foliis breviores axillares pauciflori, pe-
 dicellis unifloris.

Flores minimi, albidi.

Calyx minutissimus, 4 - fidus.

Corolla *Tubo* brevissimo, *Limbo* patente 4 - partito:
Laciniis oblongis, obtusis, planis, reflexis, inte-
 gris.

Filamenta 4. in divisuris corollae, longitudine
 limbi. *Antherae* subrotundae.

Germen globosum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 2.
 l. 4. sessilia, globosa.

Drupa globosa; *nuce* oblonga, ossea, rugosa.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

inunda- HELIOTROPIUM, foliis oblongis
tum. obtusis hirsutis, spicis quaternis ere-
 ctis; caule frutescente. *Prodr.* p. 40.

H. foliis oblongo-ovatis tomentosis,
 spicis conjugatis terminalibus, cau-
 le fruticoso. HOUST. *mscr.*

Incolit loca inundata mari vicina *Ja-*
maicae (MASSON.) *Verae Crucis*
 (HOUSTON.)

Caulis frutescens, ramosus, tereti-angulosus,
 hispidus, hirsutus, *ramis* erectiusculis.

Folia petiolata, alterna, oblonga, obtusa, integra,
 nervosa, tomentosa l. hirsuta, colore incano.

Spicae terminales 4-ternae, subinde conjugatae,
 filiformes: floribus sessilibus secundis bifariis.

bicolor. TOURNEFORTIA, foliis ovatis acuminatis glabris, superne rugosiusculis; spicis cymosis erectis recurvis. *Prodr.* p. 40.

Provenit in frutetis *Jamaicae*, h.

Frutex orgyialis.

Truncus teres, ramosus, laevis.

Rami alterni erectiusculi, teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna, ovata, acuminata, integra, nervosa, venosa, utrinque glabra, supra rugosiuscula, rarius hirta, subtus laevia, pallida. (discolora.)

Petioli mediocres, laeves.

Spicae terminales, cymosae, ramosae, erectae, ramulis recurvis, hirtis; multifloris.

Calyx laevis.

Corollae viridi - albae, tubo hirsuto - incano.

OBS. Differt a *Tournefortia foetidissima* L.:

Foliis minoribus subglabris;

Spicis cymosis reflexis erectis,

a *T. cymosa* L.:

Foliis — *Spicis* non pendulis, laxis.

a *T. hirsuta* L.:

Foliis non hirsutis — *Spicis* minus ramosis, floribus confertioribus.

pumila. ANAGALLIS, caule erecto, foliis subrotundis acutis sessilibus. *Prodr.* p. 40.

Lecta in montibus altis paroeciae *Clarendon Jamaicae*, locis paludosis. ☉.

Planta bi-tripollicaris, caule basi ramoso, glabro.

Rami simplices, angulosi.

Folia minuta, sessilia, alterna, subrotunda acuta, integra, glabra.

Pedunculi longitudine foliorum, undique axillares, solitarii, uniflori.

Flores albi.

Perianthium 5-fidum.

Corolla rotata, 5-partita, vix aperta; fundo purpurascente.

Antherae supra pistillum conniventes.

Stylus brevissimus. *Stigma* obtusum.

Capsula minuta, circumscissa, polysperma.

o b s. Floret Novembri.

Intuitu facilius quam notis ab *A. arvensi* L. dignoscitur. Discrepat: caule ramisque, licet filiformibus, strictioribus, erectis; foliis numerosioribus; pedunculis foliorum longitudine, erectis nec deflexis ut in caeteris.

exsertus. LISIANTHVS, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis trichotomis, genitalibus longissimis. *Prodrom.* p. 40.

Incolit juga nubigena montium caeruleorum *Jamaicae.* h.

Frutex biorgyialis, ramosus erectus cortice laevi.

Rami herbacei, oppositi, patentes, teretes glaberrimi.

Folia opposita, decussata, petiolata lato-lanceolata, utrinque acuminata, apice longiori, patentia, integra nervosa, glabra, saturate viridia.

Petioli longi, teretes, membrana ad basin utrinque connata, (unde rami quasi articulati,) teretes, glabri.

Stipulae vaginantes, basin petiolorum utrinque connectentes.

Flores corymbosi l. *Pedunculi* axillares, oppositi, compositi tripartito-3-fidi; *partiales* oppositi, decussati triflori; fastigiati *floribus* pedicellatis.

Foliola minuta, opposita ad divisuras pedunculorum.

Perianthium inferum tubulatum, corollae adnatum, 5-dentatum: *dentibus* acutis subulatis, brevibus, tubo adpressis.

Corolla tubulosa, infundibuliformis; *tubo* calyce multo longiore, ad medium cylindraceo, dein ventricoso, campanulato, vix dorso gibbo, longitudinaliter striato. *Limbus* erectiusculus, aequalis, 5-fidus: *Laciniis* ovatis, acutis, erectis, incumbentibus.

Filamenta 5. e basi tubi, ad medium tubo adnata, longissima, corolla triplo longiora, filiformia, pallida, declinata, ascendente, (ut in Amaryllide). *Anterae* erectae, ovatae, acumine brevi.

Germen superum, oblongum, acuminatum, 2-fulcum. *Stylus* longitudine et situ staminum. *Stigma* capitatum, depressum, bifulcum.

Capsula oblonga, acuminata, bilocularis, polysperma.

Semina minuta, fusca.

OBS. Floret aestate.

latifo- LISIANTHVS, foliis lanceolato-
lius. ovatis acuminatis, pedunculis tri-
 chotomis, laciniis corollae erectis,
 genitalibus inclusis. *Prod.* p. 40.

Provenit in montibus altis *Jamaicae*. &

Frutex altitudinis humanae, ramosus: trunco te-
 reti, laevi; ramis obtuse 4-gonis, ex cicatri-
 cibus foliorum deciduorum quasi articulatis
 striatis, glabris.

Folia petiolata, opposita decussata lanceolato-ob-
 longa, acuminata, integra, leviter nervosa
 glabra, saturate viridia, subtus pallidiora.

Petioli longi carinati, supra plani, glabri.

Stipulae petiolis utrinque connatae, retusae,
 planae, membranaceae, pallidae.

Flores corymbosi l. *Pedunculi* axillares quasi ra-
 muli, solitarii, foliis parum longiores, 4-que-
 tri, glabri, apice 3-partito, 3-fidi, ultimi
 uniflori.

Foliola opposita ad divisuras.

Flores majusculi, magnitud. *L. longifolii*, lutei.

Calyx monophyllus inferus 5-fidus: *Laciniis* sub-
 aequalibus; duabus saepe brevioribus; lanceola-
 tis, acutis, persistentibus.

Corolla tubulosa, vix ventricosa, pollicaris, lutea, 5-fida; *Limbo* erecto: *laciniis* lato-lanceolatis, acutis, aequalibus.

Filamenta longitudine tubi, filiformia subinclinata. *Antherae* basi bifidae, verticales.

Germen superum, ovatum, acutum. *Stylus* staminibus fere longior, filiformis, situ staminum. *Stigma* capitatum, depressum, bifidum.

Capsula oblonga, acuminata, subrostrata, bilocularis.

OBs. Simillimus L. *exserto*, qui tamen diversissimus genitalibus corolla multo longioribus, quae in hoc inclusa.

A L. *longifolio* L. distinguitur *foliis*, lanceolato-ovatis, nec lanceolatis,

et *corymbis pedunculis* foliis vix longioribus simpliciter trichotomis, nec pedunculis longissimis divisuris patentissimis.

umbel- LISIANTHVS, foliis elongatis ob-
latus. ovatis, floribus terminalibus umbel-
latis, laciniis corollae brevissimis ob-
tusis erectis. Prodr. p. 40.

Habitat in alpibus *Jamaicae occidenta-*
lis. h. In montibus altis paroeciae
St. Jacobi.

Frutex orgyialis, ramosus, laevis.

Rami 4-goni, fulcati, foliosi, striati glabri.

Folia petiolata, opposita, decussata, pedalia, ob-
 ovata, basi attenuata, acumine terminali bre-
 vissimo, integra, nervosa, rigidiuscula, glabra,
 nitida, subtus, pallida.

Petioli pollicares, teretes, glabri.

Stipulae vaginantes petiolos basi connectunt,
 retusae, membranaceae.

Flores umbellati.

Pedunculi communes foliorum longitudine, com-
 pressiusculi, crassi, axillares, solitarii.

Foliola duo (rarius tria) sessilia, ad basin um-
 bellarum, subrotunda, lata, basi prope sti-
 pulas connata.

Umbellae simplices, 20 - 30 - florae: *floribus* pedicellatis flavis; *pedicellis* semipollicaribus, filiformibus.

Perianthium 5 - gonum, 5 - fidum: *laciniis* lanceolatis, membranaceis.

Corolla tubulosa, semipollicaris, apice latior, 5 - fida: *laciniis* subrotundis, erectis, brevibus, incumbentibus.

Filamenta e basi tubi, subinclinata, filiformia, tubo longiora, paulum exserta. *Antherae* oblongae, acutae, basi bifidae.

Germen ovatum, bifidum. *Stylus* staminibus longior, erectus, filiformis. *Stigma* capitatum, retusum, sulcatum.

Capsula ovata, acumine brevi, bilocularis. *Valvulae* ovatae, subnaviculares (marginibus semirevolutis crenulatis.)

Semina minuta, compressa.

OBS. Distinctissimus sui generis umbella multiflora.

Floret Vere. —

frigi- LISIANTHVS, foliis ovatis acu-
cus. minatis; panicula terminali tricho-
 toma; corollis ventricosis, laciniis
 subrotundis. *Prodr.* p. 40.

Incolit regionem muscosam montis la
Soufrière Insulae *Dominicae.* (du
 PONTHEU.)

Caulis herbaceus, ramosiusculus, tetragonus, lae-
 vis, inferne frutescens.

Rami oppositi, 4-goni, angulo acuto levissi-
 me alati.

Folia opposita decussata, petiolata, ovata, acu-
 minata, integra, nervosa, venosa, crassiuscu-
 la, glabra.

Petioli breves, teretiusculi, glabri.

Stipulae vaginantes, retusae, petiolos ad latera
 connectentes.

Panicula terminalis, erecta trichotoma: ramis op-
 positis, 3-partitis, iterumque 3-fidis teretibus:
pedicellis unifloris: floribus erectis, magnis, fla-
 vis.

Foliola sessilia l. Bractae ovatae acutae oppo-
 sitae ad subdivisiones paniculae.

Calyx

Calyx 5-partitus: *Laciniis* ovatis, obtusis, erectis, concavis, conniventibus.

Corolla subcampanulata. *Tubus* cylindraceus, a basi ad limbum sensim ampliatus. *Limbus* 5-partitus: *Laciniis* obcordatis subrotundis, latere altero incumbentibus.

Filamenta 5 - subulata, prope basin tubi inserta, apice reflexa. *Antherae* ovato - sagittatae, l. cordatae.

Germen conicum. *Stylus* crassiusculus, teres, longitudine corollae. *Stigma* bilobum.

Capsula stylo persistente tortuoso rostrata, oblonga, l. ovata, calyci persistenti insidens, bilocularis: *Valvulis* intus basi inflexis.

o b s. Distinguitur a *L. alato* AUBL. quod *flores erecti* nec *penduli*, et *folia petiolata* nec *sessilia*.

Vix a *L. glabro* L. *suppl.* 134. SMITH. *ined.* t. ic. 29. diversus, nisi *laciniis corollinis rotundatis*, *inflorescentia magis diffusa* et *angulositate caulis et ramorum*. Specimen MVTISII cum LINNAEO communicatum, et a Cel. SMITH icone illustratum, junioris aetatis forte fuit.

virgata. RONDELETIA, foliis cordatis subrotundis, ramis filiformibus patentibus, pedunculis trifidis, floribus ternis confertis tetrandris. *Prodr.* p. 41.

Lecta in frutetis maritimis Hispaniolae versus septentrionem, prope Cul de sac. h.

Frutex orgyialis, ramis longissimis, alternis patentibus, inermibus, cortice scabro.

Folia brevissime petiolata, opposita, parva semuncialia, cordata in aliis subrotunda l. ovata, integra, subreflexa, venosa, subtus pallidiora, glaberrima.

Petioli brevissimi.

Stipulae interpetiolares, minutae, acutae, in apicibus ramulorum obviae.

Pedunculi ramulorum instar, axillares et terminales, oppositi, elongati, erecti, uno alterove pari foliorum vestiti, tripartiti, l. terminales tantum triflori aphylli.

Flores terminales, conferti, subsessiles, l. subinde brevissime pedicellati, erecti, fusco-purpurei, extus sericeo-pubescentes. *Braeteolae* lineares 2-4 sub floribus.

Perianthium 4 - phyllum, superum. *Foliola* linearia acuta, erecta, persistentia.

Corolla hypocrateriformis. *Tubus* filiformis, superne parum dilatatus. *Limbus* 4 - partitus: *Laciniis* subrotundis, convexis; *Annulo* luteo crenato fauci insidente.

Filamenta 4. brevissima in medio tubi. *Antherae* lineares, striatae, luteae.

Germen subrotundum. *Stylus* stam. longior, subulatus. *Stigma* infra annulum faucis bifidum: *Laciniis* obtusis.

Capsula subrotunda, subdidyma, incano - pubescens, calyce coronata, bilocularis, bivalvis; *dissepimento* contrario.

Semina plurima, acuminata, compressa, minuta, brunnea, *receptaculo* proprio ovato unicuique loculo inserta l. adfixa.

OBS. Floribus et capsulis onustum reperi fruticem mense Decembri.

pilosa. RONDELETIA, foliis ovatis utrinque pilosis, pedunculis axillaribus foliis brevioribus 3-fidis, floribus tetrandris. *Prodr.* p. 41.

Rondeletia triflora, foliis lanceolato-oblongis lineatis subtus canescentibus, pedunculis axillaribus trifloris, floribus tetrandris. VAHL. *Symb.* 3. p. 34. tab. 54.

Habitat in Insulis St. Crucis et Montserrat Indiae occidentalis. L.

Frutex ramis teretibus, l. sub-4-gonis, versus apices foliosis, pilosis, infra laevibus, cinereis, e petiolis vetustis deciduis saepe cicatricatis.

Folia petiolata, opposita, 2-3-pollicaria, superiora l. terminalia conferta ovato-lanceolata integra, nervosa, pilosa, subtus hirta l. tomentoso-incana.

Petioli breves, bilineares, villosi.

Stipulae interpetiolares, subconnatae, acuminatae, pilosae.

Pedunculi axillares, oppositi, foliis parum breviores filiformes, pilosi, apice trifidi, l. 3-flo-

ri; *floribus* pedicellatis. *Pedicelli* laterales semiunciales, intermedio breviori.

Braëteolae duae subulatae ad basin pedicell. lateralium.

Aliae duae oppositae subulatae, ad basin geminis, calyce dimidio breviores.

Perianthium 4-partitum, superum: *Laciniis* lanceolato linearibus, acutis, 4-linearibus, persistentibus, villosis.

Corolla hypocrateriformis. *Tubus* subcylindraceus, longitud. lacin. calycis, superne amplior, extus villosus l. subsericeus. *Limbus* prope faucem *annulo* marginato coronatus, 4-partitus: *Laciniis* subrotundis patentibus supra convexis, tubo brevioribus.

Filamenta 4 brevissima, tubo supra medium inserta. *Antherae* oblongo lineares, inclusae.

Germen inferum, subrotundum, villosum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi: *Stigma* 2-fidum: *laciniis* linearibus obtusis.

Capsula parva, subglobosa, didyma, villosa, calyce coronata, bilocularis, bivalvis; *dissepimento* contrario.

Semina numerosa, brunnea.

thyrsi. RONDELETIA, foliis oblongis acutis membranaceis, subtus pubescentibus; thyrsis axillaribus. *Prodrom.* p. 41.

Incolit colles aridissimos *Jamaicae occidentalis*. h.

Arbustula l. *Frutex* 6-pedalis, ramosus erectus, laevis, cortice cinerascente.

Rami simplices, erectiusculi, longi, patentes, teretes, l. obtuse 4-goni, glabri.

Folia petiolata, opposita, decussata, 3-pollicaria, oblonga, utrinque acuta, integra, nervosa, venosa, glabra subtus pubescentia, membranacea.

Petioli unciales, striati, patentes.

Stipulae inter- et suprapetiolares, ramulo adpressae, latae, ovatae, acutae, glabrae, rigidae.

Thyrsi axillares oppositi solitarii, foliis breviores, oblongi, patentes: *pedunculo* communi unciali angulato, striato glabro; *ramulis* oppositis decussatis, subdivisis; extimis plerumque trifloris.

Flores parvi, tristes, luteo-albidi, l. ferruginei.

Braeteolae minutae, subulatae, l. *foliola* parva sub ramificationibus thyrsi.

Perianthium minutissimum, superum, 5-dentatum.

Corollae tubus elongatus, cylindraceus, infra limbum ventricosus, extus sericeo-pubescentis. *Limbus* 5 partitus: *Laciniis* subrotundis, convexis, distantibus, patulis. *Annulus* minutus faucem contrahens et coronans.

Filamenta 5 ad superiora tubi inserta. *Antherae* minutissimae, ovatae, pallidae in ipsa fauce.

Germen subrotundum. *Stylus* subulatus, apice bifidus. *Stigmata* simplicia.

Capsula subrotunda, sulco medio notata, sem. Coriandri magnitud. (vix major) calyce minutissimo coronata, bilocularis. *Loculis* dispermis.

Semina angulato-rotundata, striata.

OBS. Floret Majo, floribus nocte fragrantissimis.

racemosa. RONDELETIA, foliis lanceolato - ovatis acuminatis utrinque glabris, stipulis ellipticis acumine brevi; racemis axillaribus trichotomis patulis.

Petesia fruticosa, foliis ovatis verticillatim ternatis; stipulis interpositis rigidis, sustentaculis florum longis ramosis alaribus. BROWN, *jam.* 143. tab. 2. f. 3.

Habitat in *Jamaicae* sylvestribus montium.

Frutex: Ramis patentibus teretibus, cortice inaequali, incanefcente; ramulis tetragonis apice compressiusculis, glabris.

Folia petiolata, decussato - opposita, ovata, utrinque acuminata, integerrima, vix nervosa, venosa, laurina, submembranacea, utroque latere glaberrima.

Petioli longiusculi, pollicares, 4 - goni, glabri.

Stipulae interpetiolares, oppositae, patulae, convexae latae, ellipticae, acumine medio brevissimo, margine minutissime villosae.

Racemi axillares, oppositi, solitarii, erecto - patentibus, foliis breviores, trichotomi: *Pedunculo communi* longitudine petiolorum, compresso, *ramis* decussatis subhorizontalibus, bracteis sessilibus subulatis patentibus ubique ad subdivisiones racemi; *Floribus* pedicellatis, distinctis nec confertis.

Perianthium parvum, 5 - dentatum: *dentibus* brevissimis, erectis.

Corolla parva, extus sericeo - incana, intus pallida, *Tubo* oblongo - aequali brevi; *Limbo* 5 - partito: *Laciniis* ovatis patentibus, pubescentibus. *Faux* nuda, 5 - gona.

Filamenta e medio tubi. *Antherae* oblongae, luteolae in fauce tubi.

Germen ovatum, glabrum. *Stylus* simplex, erectus, longitudine tubi. *Stigma* crassiusculum, apice acutiori, indiviso.

Capsula ovata, calyce coronata, glabra, 2 - locularis? in duas valvulas dehiscens; disperma.

Semina 2, hinc convexa, inde plana, medio connexa, *dissepimento* ad latera distincta. Embryones alii minutissimi intra valvulas praeter semina maturefcentia latent.

OBS. *Rondeletiae thyrsoideae* et *laurifoliae* proxima, ab utraque vero differt *foliis, racemis patulis, floribusque.*

Figura BROWNEI (loc. cit.) huic plantae optime convenit, character vero specificus ad figuram spectans, sive perperam factus est, sive alienus; folia enim dicit ovata verticillatim - ternata, quae in tabula tantum opposita delineantur. De caetero flores descripsit Cl. BROWNE tetrandros, quales rarissime mihi contigit videre.

laurifolia. RONDELETIA, foliis lanceolato-oblongis acutis utrinque glabris, stipulis deltoideis, racemis compositis axillaribus erectis; tubo florum brevissimo.

Petesia fruticosa, foliis ovatis oppositis, stipulis rigidis interpositis, racemis minoribus alaribus, calyce 5-fido. BROWN. *jam.* 143. tab. 2. f. 2.

Provenit in frutetis *Jamaicae*. h.

Frutex, ramis teretibus, glabris substriatis, a petiolis deciduis quasi articulatis, apice compressiusculis.

Folia laurina, petiolata, opposita, 3-4 pollicaria, decussata, oblonga utrinque acuminata integra, nervosa, venosa, subtus et superne glabra, infra pallidiora.

Petioli pollicares, teretiusculi, supra plani, glabri.

Stipulae interpetiolares, latae connatae deltoideae acuminatae patentis, rigidae, glabrae, margine villosae.

Racemi axillares, foliorum saepe longitudine, oppositi, compositi: ramis decussatis compressiusculis, pedicellis sparsis ultimis plerumque trifloris.

Bracteolae minutae subulatae ad divisuras racemi.

Flores parvi, fusco-lutei.

Calyx superus, 5-dentatus minimus pubescens: dentibus acutis, erectis, minutissimis.

Corollae Tubus brevissimus vix dent. calyc. longior, sub limbo amplior. *Limbus* 5-partitus: laciniis tubi longitudine, oblongis, reflexis, supra tomentosus.

Faux corollae aperta, margine 5-gono, glabro, nitido.

Filamenta 5. e medio tubi, tubo breviora. *Antherae* in fauce, oblongae, luteae.

Germen subrotundum. *Stylus* crassiusculus, longitud. tubi. *Stigma* supra limbum incrassatum bifidum.

Capsula globosa, Sem. Cannabis vix major, glabra, calyce minutissimo coronata, bilocularis, 2-valvis: *dissepimento* contrario.

Semina plurima, membranacea: duo ad maturitatem perveniunt hemisphaerica.

OBS. Simillima R. *thyrsoidae*, sed differt foliis paulo angustioribus utrinque glabris nec subtus pubescentibus — racemis erectis — tubo brevissimo, nec calyce 4-plo longiore — *Capsula* sem. 2. maturis.

Videtur omnino esse planta BROWNEI, quam ad suam *Petesiam stipularem* citavit LINNAEUS; quae tamen vix est. Folia enim subtus tomentosa esse deberent, floresque thyrsoides; quae synonymo et figurae BROWNEI certe non conveniunt.

tomen- RONDELETIA, foliis ovatis acu-
tosa. minatis tomentosis, pedunculis tri-
partitis axillaribus brevibus. *Prodr.*
p. 41.

Petesia stipularis LINN.?

Habitat in collibus petrosis *Jamaicae*,
lecta ad viam montibus arboribus-
que umbrosam, non procul ab ur-
bo *Spanishtown*, 16 - mile - walk di-
ctam. h.

Frutex 3 - pedalis, erectus, superne ramosus,
laevis.

Rami ramulique oppositi, teretes, erecti, apice
subvillosi.

Folia petiolata, opposita, ovata utrinque acumi-
nata, integra, nervosa, venosa, hirta, fusco-
viridia, subtus villosa - tomentosa, incanescen-
tia.

Petoli breves, pubescentes.

Stipulae interpetiolares, ovatae acumine brevi,
pubescentes.

Pedunculi parvi, axillares, foliis multo brevio-
res, tripartiti, *ramulis* trifloris: *floribus* mi-
nutis, albidis l. fusco - luteis, extus villosis.

Calyx 5. dentatus, minutus.

Corollae Tubus calyce longior angustus. *Limbus*
5-partitus: *Laciniis* ovatis, concavis.

Faux annulo minuto coronata.

Filamenta 5. *Antherae* infra faucem.

Stylus apice bifidus.

Capsula subrotunda, bilocularis, parva, sem. *Coriandri* magnitudine.

Semina solitaria, hemisphaerica.

OBS. Differt a *R. thyrsoidea*, quod minor, folia utrinque pubescentia, subtusque tomentosa et racemi minuti sint, ut et flores et fructus.

Petesiam stipularem Syst. veg. dubius huc retuli, quae forte potius ad *Rondeletiam thyrsoideam* pertinet; quod inquirant alii!

Petesia tomentosa Syst. veg. certe diversa est; floribus enim corymbosis illam descripsit Cel. hist. pl. americanarum Auctor. p. 18.

umbel. RONDELETIA, foliis lanceolato-
lata. ovatis acutis subhirsutis, peduncu-
lis axillaribus apice trichotomis, flo-
ribus subumbellatis. *Prodr.* p. 41.

Petesia fruticosa, foliis subvillosis ova-
tis oppositis, stipulis seta termina-
tis, racemis alaribus. BROWN. *jam.*
144. 3. ?

Habitat in rupibus petrosis juxta flu-
vios, in *Jamaica*. h.

Frutex bipedalis et ultra, ramosus, erectus.

Rami erectiusculi, subdivisi, compressiusculi,
laeves.

Ramuli apice hirsuti.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-ovata, acu-
minata, integerrima, nervosa, venosa, hirsuta
(inprimis subtus ad nervos.)

Petioli hirsuti, mediocres.

Stipulae interpetiolares, oppositae, connatae,
membranaceae, basi latiusculae, acumine
longiore subsetoso, hirsutae, marcescentes.

Pedunculi axillares, oppositi, solitarii in axillis
foliorum terminalium, foliis breviores, com-
pressi, hirsuti, apice tripartiti, triflori.

Pedicelli umbellulam formant, *foliis* quatuor minutis, linearibus, acutis, involucelli loco, ad basin.

Perianthium 5 - dentatum: *laciniis* linearibus, hirsutis, persistentibus.

Corolla reliquis major, fusco - flava, extus pubescens. *Tubo* elongato, versus limbum dilatato: *Limbo* 5 - partito: *Laciniis* subrotundis, convexis.

Faux annulo coronata.

Filamenta ut in *tbyrsoidea*.

Stylus apice bifidus.

Capsula subrotunda, laciniis calycis coronata, bilocularis, bivalvis: *valvulis* bipartibilibus: *dissepimento* contrario.

Semina plurima: duo in unoquoque loculo maturescunt, angulato - convexa; caetera minuta plana membranacea.

Obs. Floret mense Aprilis.

Dignoscitur *hirsutie*, *floribus* majoribus et umbellulatis.

Synonymon BROWNEI quod in prodromo *R. tomentosae* adjunxi, potius huc referendum esse, verisimile mihi videtur.

RON.

incana. RONDELETIA, foliis ovato-lanceolatis subtus incanis scabris; pedunculis axillaribus simplicibus trifloris. *Prodr.* p. 41.

Rarius provenit in montibus petrosis calcareis *Jamaicae*. h.

Frutex 2-3-pedalis, erectus, ramosus, scaber.

Rami teretes, rigidi, scabri.

Folia plerumque terminalia, petiolata, opposita, ovato-lanceolata, integra, nervosa, venoso-reticulata, glabra, subnitida, subtus hirsuta, scabra, ex albido incana rigida, subcoriacea.

Petioli teretes, tomentoso-incani.

Stipulae inter basin petiolorum, brevissimae, truncatae, margine albido-ciliatae.

Pedunculi axillares, oppositi, solitarii, 3-flori.

Flores subumbellulati, brevissime pedicellati, involucello diphylo: foliolis ovato-acutis, concavis, incano-pubescentibus.

Perianthium 5-partitum. *Laciniae* ovatae acutae, crassae, rigidae, intus extusque sericeo-incanae. *Lacinulae* 5. aliae minutae ad basin geminis.

Foliola 2. ovato-acuta ad basin *Perianthii*.

Corolla majuscula: *Tubo* longitudine calycis incano. *Limbo* 5-partito; *Laciniis* ovatis, convexis, rigidis, incanis. *Faux* marginata.

Filamenta e medio tubi. *Antherae* infra limbum.

Germen oblongum, apice truncatum, hirsutum.

Stylus apice bifidus. *Stigmata* crassiora.

Capsula oblonga, calyce vestita et coronata; 2-locularis, apice truncata, centro perforata, 2-valvis, *valvulis* bipartibilibus: *dissepimentum* contrarium.

Semina plurima, parva, oblonga, membranacea; duo maturefcentia.

OBS. *Distinctissima* habitu, floribus et colore incano.

hirsuta. RONDELETIA, foliis oblongis acutis hirsutis, pedunculis axillaribus trichotomis laxis, floribus hirsutis. *Prodr.* p. 41.

Habitat in frutetis montium *Jamaicae australis*. Vifa in adscensu montium prope *Bath.* h.

Frutex orgyialis, ramosus, laevis.

Rami subdivisi, tereti - compressi, laxiusculi, scabrosi. *Racemuli* hirsuti.

Folia petiolata, opposita decussata oblonga medio latiuscula acuta integra, nervosa, venosa; utrinque hirsuta, subtus pallida.

Petioli breves, hirsuti, rufescentes.

Stipulae oppositae, latae, ovato - lanceolatae, longae hirsutae.

Pedunculi axillares, versus apices oppositi, solitarii, longitudine fere foliorum, filiformes, apice 3 - partito, 3 - fidi, laxi, hirsuti.

Flores pedicellati, lutescentes, extus hirsuti.

Foliola minuta opposita linearia acuta hirsuta, ad subdivisiones pedunculorum.

Calyx 5-fidus: *Laciniis* lanceolatis, acutis, erectis, hirsutis.

Corolla tubulota, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine lacin. calycis, teres, limbum versus angustior, extus hirsutus. *Limbus* 5-fidus, patens: *Laciniis* oblongis, obtusis brevibus, incumbentibus.

Faux contracta, vix marginata.

Filamenta medio tubi inserta. *Antherae* oblongae, infra tubum.

Germen ovatum, hirsutum. *Stylus* longitudine tubi infra faucem, apice 2-fidus. *Stigmata* erecta acuta.

Pericarpium non vidi.

OBS. Floret Januario.

Nullus dubito, quin ad idem pertineat genus haec species, etsi fructus adhuc latet.

birta. RONDELETIA, foliis oblongis acuminatis hirtis rigidis subtus nervosis, pedunculis axillaribus trichotomis erectis. *Prodr.* p. 41.

Habitat in frutetis montosis *Jamaicae.* h.

Arbuscula.

Rami 4-goni, laeves, cinerei; *ramulis* pilosis.

Folia petiolata, opposita, decussata, oblonga, acuminata, integra, convexiuscula, nervosa, venosa, hirta, nec scabra, vetustiora rugosiuscula, fere glabra, subtus praecipue nervis pilosa, pallidiora.

Petioli breves, hirsuti.

Stipulae interpetiolares, latae, acuminatae, persistentes, hirsutae.

Pedunculi axillares, oppositi, solitarii, foliis breviores, erecti, apice 3-partito, 3-fidi-hirsuti.

Flores brevissime pedicellati, extus hirtelli, lutescentes, l. luteo-rufescentes.

Perianthium 5-dentatum. *Dentes* lineares, acuti, erecti.

Corollae *Tubus* calyce duplo longior, hirtus, canus. *Limbus* planus 5-fidus: *Laciniis* ovatis convexis.

Faux annulata.

Filamenta brevissima. *Antherae* infra limbum.

Germen subrotundum. *Stylus* exsertus. *Stigmata* 2. erecta, conniventia.

Capsula calyce vestita et coronata, 2. locularis, 2 - valvis. *Dissepimentum* contrarium.

Semina duo perfecta, hemisphaerica.

OBS. In multis convenit cum *R. pilosa* (vid. supra) sive *R. triflora* VAHLII; quae vero a *R. birta* distinguitur: *foliis* fere angustioribus, tomentoso - incanis, saepe versus apices ramulorum confertis; *Pedunculis* tantum *trifloris*, *floribus* 4 - dris et *seminibus* plurimis maturescantibus.

A *Rondeletia hirsuta* differt *R. birta*: *foliis* rigidis - nervosis, *ramis* *pedunculisque* strictis nec laxis etc.

A *R. umbellulata*: quod

Folia non lanceolato - ovata acuta,

Flores in *umbellas* non conferti etc.

flori. CINCHONA, floribus paniculatis
bunda. glabris, capsulis turbinatis laevibus,
foliis oblongis acuminatis glabris.
Prodr. p. 41. *Noð. Act. Acad. Nat.*
Cur. vol. 9. p. 1. t. 1. VAHL in *Act.*
Soc. b. n. Hafn. 1. p. 1. pag. 23.

Trachelium arborescens et fluviatile
lauri foliis conjugatis, floribus race-
mosis seu corymbosis albis, capsulis
conicis nigris. DESPORTES in
Hist. des Malad. de St. Domingue 2.
p. 231. NICOLS. *Hist. de St. Do-*
mingue 253.

Cinchona Sanctae Luciae KENTISH
Obs. on a New Spec. of Bark. Lon-
don 1784. DAVIDSON in *Trans-*
act. R. Soc. v. 74. 1784.

Quinquina Piton, ou de la Martinique.
MALLET apud Rozier *Fourn. de*
Pbyf. 17. Mart. 1781.

Cinchona montana. BADIER *ibid.* Febr.
1789. p. 129. 131. Tab. I. *Magaz.*
d. Botanik 6. p. 96. Tab. III.

Habitat in Insulis Indiae occidentalis:
Jamaica, Hispaniola, Martinica, St.
Lucia, Dominica, Guadeloupa; locis

elevatis montosis sylvestribus; adque ripas torrentium. h.

Arbor elegans, 20 - 80 - pedalis, *trunco* stricto diametro saepe ulnari, *cortice* exteriori fusco-cinereo rugoso, hinc inde fissio; intus ferrugineo-griseo.

Rami teretes, laeves; *ramulis* apice subcompressis, glabris.

Folia petiolata, opposita, ovato-lanceolata, integerrima, vix nervosa, glabra, lucida, semipedalia, latitud. 3 - pollicari.

Petioli semipollicares, teretes, supra canaliculati.

Stipulae foliis interpositae, oppositae, vaginantes, acutae, membranaceae, semipollicares.

Panicula terminalis corymbosa: *Pedunculo* communi teretiusculo 3 - partito; *ramis* decussatis brachiatis, strictis, glabris; *ramulis* fastigiatis 3 - fidis; *pedicellis* unifloris.

Braeae minutae, subulatae ad subdivisiones ramulorum, deciduae.

Flores 2 - 3 - unciales, albido-purpurei.

Perianthium 5 - partitum: *Laciniis* subulatis, erectis, sesquilinearibus, glabris, persistentibus.

Corolla hypocrateriformis, utrinque glabra, carnea. *Tubus* cylindraceus, crassitie pennae gal-

linaceae, vix uncialis. *Limbus* 5 - partitus: *Lacinis* linearibus obtusis tubo $\frac{1}{4}$ longioribus, supra leviter carinatis, patentibus, tandem revolutis.

Filamenta 5, tubo margine baseos inserta, filiformia, plana, erecta, corolla paulo breviora, glabra. *Antherae* lineares, erectae, altitud. corollae.

Germen inferum, turbinatum, glabrum. *Stylus* filiformis, longitud. flaminum. *Stigma* capitatum, conicum, 2 - sulcum.

Capsula cylindracea, subclavata, glabra, uncia paulo brevior, diametro trilineari, bilocularis, 2 - valvis. *Dissepimentum* parallelum, in duas partes interius dehiscens.

Semina numerosa, ovata, compressa, undique membrana basi emarginata aucta, *receptaculo* lineari anguloso quocunque loculo imbricatim adfidentia.

OBS. Arbor sempervirens; Junio et Julio florens. In locis quibusdam faciem arbusculae praebet, partibus minoribus, sed omnino specifico eodem caractere.

Distinctissima foliis et inflorescentia a *C. caribaea* L.

De virtutibus et vi efficaci corticis hujus arboris vid. KENTISH in tract. supr. cit.

brachy- CINCHONA, floribus paniculatis
carpa. glabris, capsulis ovatis costatis; fo-
 liis oblongis obtusis glabris. *Prodr.*
 p. 42. VAHL. in *Act. Soc. b. n.*
Hafn. 1. 1. 23. *Transact. Edinb. R.*
 S. v. 3.

Incolit montes umbrosos versus Se-
 ptentrionem in *Jamaica occidentali.* h.

Arbor.

Truncus 20-pedalis, cortice rimoso crasso fusco
 cinereo; *rami* oppositi patentés.

Ramulis horizontalibus, decussatis.

Folia petiolata, opposita, ovato-oblonga apice
 obtusa, integra, 5-6-pollicaria, venosa, gla-
 berrima, saturate viridia, crassiuscula.

Petioli breves, crassi, convexi, canaliculati gla-
 bri.

Stipulae ovatae, acutae, membranaceae, foliis
 interpositae, oppositae, adpressae.

Panicula terminalis, brachiata; *ramis* decussatis,
 fastigiatis, triternatis, glabris, *pedicellis* brevi-
 bus, unifloris.

Flores pallide rubri l. carnei.

Calyx 5-dentatus: *dentibus* acutis, erectis, persistentibus.

Corolla 3-pollicaris, 5-partita: *Laciniis* linearibus reflexis.

Filamenta fundo tubi inserta, filiformia, exserta.
Antherae lineares, erectae.

Germen oblongum. *Stylus* longitudine staminum, filiformis. *Stigma* ovato-capitatum.

Capsula ovata l. obovata, pollicaris, 10 lineis elevatis costata, matura nigra, bilocularis, 2-valvis, bipartibilis *dissepimento* parallelo.

Semina plura, compressa, subulata, receptaculo columnari affixa.

OBS. Floret media aestate.

Cortex dum vulneratur, succum emittit exalbidum; siccatus fusco-purpurascens, fibrosus, in pulverem redactus cinereo-purpureus, sapore initio dulci, demum valde amaro, adstringente.

Fructus figura imprimis distinguitur a praecedente,

angustifolia-CINCHONA, floribus paniculatis
folia. glabris, capsulis oblongis 5-gonis,
 foliis lineari-lanceolatis pubescen-
 tibus. *Prodr.* p. 42. *Act. Stockb.*
 1787. p. 117. tab. 3.

Habitat in *Hispaniola* ad ripas petrosas
 fluviorum. Lecta in *Hispaniola oc-*
*cidental*i, in montibus paroeciae St.
Ludovici, ad ripas fluvii *du Pin di-*
cti. h.

Arbustula 10-15-pedalis.

Truncus erectus, sed debilis, fusco striatus cortice
 rugosiusculo, cinereo.

Rami longi, subdivisi, laxi, laeves, cortice
 colore cinereo-albicanti; *ramulis* simplici-
 bus foliosis, teretibus, pubescentibus.

Folia petiolata, opposita, in adultis ramis decus-
 sato-opposita, lineari-lanceolata, l. subinde
 latiora, acuminata, apice obtuso, integra, bi-
 pollicaria, patentia subnervosa, venosa, subtus
 pubescentia, fusco-viridia.

Petioli breves, teretes, pubescentes.

Stipulae oppositae, interpetiolares, ovatae acu-
 tae, minutae, adpressae.

Paniculae terminales, trichotomae; *pedicellis* ultimis unifloris; longiusculis, pubescentibus l. villosis; *floribus* subnutantibus, albis.

Perianthium parvum, pentagonum, 5-partitum, ferrugineo - pubescens. *Laciniae* lineares longae, erectae, acutae.

Corolla *C. caribaeae* major. *Tubo* unciali, cylindraceo obtuse 5-gono; *Limbus* 5-fidus: *Laciniis* longitudine tubi, linearibus, apice obtusis, concavis, reflexis.

Faux nuda.

Filamenta e basi tubi, limbo reflexo duplo longiora, filiformia, erecta. *Antherae* lineares, apice filamenti oblique insidentes, erectae, flavae. *Pollen* flavum.

Germen oblongum, pentagonum, pubescens. *Stylus* longitudine flaminum. *Stigma* crassum, oblongum, pubescens, viride.

Capsula oblonga, teretiuscula, obtuse 5-gona, calycis dentibus coronata, bilocularis, bivalvis, bipartibilis *valvulis* dissepimentis parallelis interne medio dehiscentibus.

Semina plurima, parva, compressa, fusca.

Obs. Florentem inveni a Decembr. ad Junium.

Flores odori, suaveolentes.

De qualitatibus et analysi corticis et q. f. r. vide *Act. Holm.* nuper citata.

Spinosa. BELLONIA, spinosa, foliis ovatis angulatis dentato - ferratis; pedunculis axillaribus unifloris. *Prodr.* p. 42.

Incolit rupestria deferta, juxta ripas fluviorum in sylvis *Domingensium.* 4.

Frutex 1 - 2 - pedalis.

Caulis fruticosus, erectus, ramosus, spinosus.

Rami oppositi, erecti stricti, patuli, spinosi, glabri, apicibus longis, laxis.

Spinae alternae, oppositae, intrafoliaceae, setaceae pungentes, fragiles, petiolis longiores.

Folia petiolata, decussato - opposita, ovata l. oblonga angulata ferrata, nervosa, venosa, superne hirsutiuscula l. subscabra, subtus albida; pollicaria.

Petioli breves, pubescentes.

Foliola in axillis majorum, minora.

Ramuli rubri, dense foliosi et spinosi.

Flores pedunculati, axillares, albi, parvi.

Pedunculi filiformes, longitudine foliorum, intrafoliacei, spinis oppositi, glabri, unilori, persistentes, rubri.

Perianthium semiinferum, 5 - partitum, persistens:

Laciniis lanceolatis, acutis, patentibus, hirsutiusculis.

Corolla monopetala, subrotata, ad basin 5-partita, decidua. *Tubus* brevissimus. *Laciniae* ovatae, patentes.

Filamenta 5. brevia, infima corolla parte inserta, erecta, stylo approximata. *Antherae* filamentis longiores, erectae, acuminatae, conniventes, luteae.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior, erectus, persistens. *Stigma* simplex obtusum.

Capsula oblonga acuta rostrata, magnitudine Piperis, 1-locularis, bivalvis, longitudinaliter dehiscens, polysperma.

Receptaculum longitudinale ad latera opposita capsulae pro feminibus.

Semina numerosa, oblonga acuminata; minuta rufa.

OBS. Floret haec planta, quae rarius occurrit, mense Aprili et Majo.

Numerus quaternarius in floribus saepe observatur.

Distincta a *Bellonia aspera* L., cui, si fides

PLUMIERO:

Rami inermes,

Flores terminales, corymbosi.

coccinea. PORTLANDIA, floribus pentandris, foliis ovatis coriaceis. *Prodr.* p. 42.

Incolit præcipitia montium rarius in
Jamaica occidentali. h.

Frutex 2-3-pedalis, erectus, ramosus.

Rami ramulique teretes, glabri.

Folia petiolata, opposita, ovata l. subovalia, vix acuminata, integerrima, nervosa, glabra, nitida, subtus venosa, pallidiora, rugosiuscula, coriacea, margine convexa; 3-pollicaria, latitudine 2-pollicari.

Petioli breves, crassi, tereti-compressiusculi, glabri.

Stipulae foliis interpositae, lato-ovatae, acuminatae, cauli adpressae.

Flores pedunculati, axillares, solitarii, coccinei:
Pedunculis petiolis parum longioribus, angulatis, glabris, coloratis.

Perianthium superum, 5-phyllum: *Foliola* lanceolato-oblonga, acuta, persistentia, colorata.

Corolla clavato-infundibuliformis, 3-pollicaris.

Tubus 5-gonus, ad basin 5-angularis, apice ventricosus; *Limbus* tubo brevior, 5-fidus:
Laciniis ovato-acutis, erectis.

Fila-

Filamenta 5. longitudine tubi, e fundo corollae, subulata, erecta, aequalia. *Antherae* longitudinales, longissimae, spirales, luteae.

Germen oblongum, pentagonum, glabrum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* incrassatum, obtusum.

Capsula subrotunda, 5-gona, $\frac{2}{3}$ pollicaris, retusa 5-striata, foliolis calycinis coronata, glabra, colorata, bilocularis, bivalvis, ab apice dehiscens: *dissepimento* contrario.

Semina plurima, subrotunda, compressiuscula.

OBS. Floret media aestate, Junio, Julio.

Diversa a *P. grandiflora* L, foliis fere subrotundis l. ovalibus nec ellipticis, (ut perperam in *prodr.* l. c.) coriaceis, subtus venosis.

Corollis dimidio minoribus — colore saturate coccineo.

Capsulis subrotundis.

Distinguuntur species *Portlandiae*:

P. tetrandra, floribus tetrandris; foliis obovatis. FORST. *prodr.* 86.

P. grandiflora, floribus pentandris; foliis lanceolato-ellipticis.

P. coccinea, floribus pentandris; foliis ovatis coriaceis.

P. hexandra, floribus hexandris, tubo subcurvo; ped. ternatis, foliis ovatis. *Contarea*.

AUBL.

Bb

S O L A N D R A.

*Charaeter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1732.*Charaet. essentialis:**Bacca* 4-locularis, polysperma.*Calyx* rumpens. *Corolla* maxima.

(Flores monopetali, inferi, angiospermi.)

Loco Brunfelsiae, quae ad Didynamas
amandetur.*Corolla* infundibuliformis, maxima.*Stamina* inclinata.*Bacca* supera, 4-locularis, polysperma.*Locus* pone Portlandiam.*Ordo nat.* XL. *Personatae*, prope *Besleriam*.*Juss. fam. plant.* Cl. VIII. *Ord.* VIII. *Solaneae*.*Solano affinia.*

Hoc genere olim consecravit *Carolus LINNAEVS*, *Fil.*, memoriam dilectam Amici Celeberrimi *D. C. SOLANDRI*, Sueci, Praefect. Mus. Britannici, et comitis itinerum, navigationum, laborum sociique periculorum Illustrissimi *Josephi BANKS*; Nomen igitur plantae, in solo natali deum mihi obviam, caractere ulterius investigato, sancte conservare volui.

Tab. IX. representat Florem *Solantrae*. m. n.
a. Germin aliquot dies post foecundationem.
b. Fructum maturum transverse sectum. m. n.



grandi-SOLANDRA. *Prodr.* p. 42. *Act.*
flora. *Stockh.* VIII. p. 300. tab. XI.

Stramonium scandens, flore luteo.
PLUM. fig.

Habitat in arboribus maximis, et fissuris rupium *Jamaicae*; scandens, subparasitica; in cacumine arborum radicans, radicibus inferne relin-ctis. h.

Arbuscula 12 - 20 - pedalis; *trunco* ramoso, *cor-*
tice fillo, cinereo; intus viridi. *Ligno* spon-
gioso.

Rami laxi, deflexi, divaricati, longissimi.

Folia versus extremitates ramulorum conferta, petiolata, obovato - oblonga, acuta, integerrima, glabra, crassiuscula, subsucculenta, 3 - 7 - uncialia.

Petioli foliis 5 - plo breviores, teretes, glabri.

Flores terminales, subsessiles, subsolitarii, maximi.

Pedunculi brevissimi, crassi, teretes, glabri, uniflori.

Perianthium monophyllum, 2 - 3 uncias longum, sub - 5 - fidum, persistens. Fructu maturescente

calyx ad basin rumpitur in 3-5 segmenta oblitterato.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* calyce duplo longior subcampanulatus, e basi angusta sensim ampliatus, ventricosus, ex albido virescens.

Limbus tubo decuplo brevior, patulus, pallide incarnatus, subirregularis, venosus; *fauce* diametro 4-unciali, 5-fidus: *Laciniis* subrotundis latis obtusissime undulatis, margine crenulatis, subaequalibus, superioribus vix majoribus.

Filamenta basi tubi inserta, filiformia, flava, longitudine tubi corollae, apice adscendentia.

Antherae oblongatae, magnae, versatiles, ferrugineae.

Germen superum, ovale, glabrum. *Stylus* filiformis, staminibus paulo longior, apice adscendens flavus. *Stigma* bifidum: *lobis* subrotundis, viridibus.

Bacca ovalis, magnitudine saepe ovi gallinacei, sed inferne crassior, basi styli persistente acuminata, laevis, alba, 4-ocularis, pulposa, intus rubra.

Semina numerosissima oblonga nigra, nidulantia.

OBS. Speciosissimis et suaveolentibus floribus decoratur arbuscula mensibus Januar. et Februario; fructumque maturat Augusto, sapore dulci subacido.

Daturae congenerem esse, ut suspicatus est Cel. JUSSIEU (*fam. pl.* p. 327.) et expressis verbis indicat Cel. LAMARK (*Journ. d' Hist. Nat.*), absolute negant Flores, *perforatarum* multo similiores et fructus. Affinitatem tamen inter *Perforatos* et *Luridas* magnam esse, non est quod negemus.

Peach colour'd Trumpet-flower nuncupatur a Jamaicensibus.

glabra-PSYCHOTRIA, stipulis acutis indivisis deciduis, foliis ovatis glaberrimis nitidis; floribus paniculatis erectis. *Prodr.* p. 43.

Incolit rupes montium *Jamaicae interioris.* h.

Frutex 4-5-pedalis, ramosus.

Rami subdivisi, teretes, l. leviter angulosi glabri, flexuosi.

Folia petiolata, opposita 2-3-pollicaria, ovata vix acuta, apice obtuso, integerrima, nervosa, glabra, nitida, subtus pallidiora.

Petioli breves teretiufculi.

Stipulae membranaceae, parvae, ovatae, acutae, ferrugineae, deciduae.

Paniculae terminales, longitudine foliorum, pedunculo communi brevi, ramis oppositis, 3-fidis; floribus terminalibus 5-8, breviter pedicellatis, minutis, albis.

Calyx fere indivisus, minutus, margine subintegro.

Corolla calyce triplo longior, infundibuliformis:

Limbo 5-fido, reflexo. *Faux* villosa.

Anterae in fauce tubi lineares, albidi.

Stylus apice bifidus. *Stigmata* obtusa, pubescentia.

Bacca oblonga, glabra, disperma.

Semina hemisphaerica, striato-sulcata.

Obs. Simillima *P. asiaticae* L. ut fere sola varietas sit; differt vero: *Foliis* perfecte ovatis, nitidis, quae in *illa* lanceolato-ovata acuta obscure virentia, nec nitida.

*lauri-
folia.* PSYCHOTRIA, stipulis ovatis acuminatis deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis crassiusculis glabris; paniculis erectis, baccis subrotundis. *Prodr.* p.43.

Habitat in frutetis aridis *Indiæ occidentalis, Jamaicæ, Hispaniolæ.* h.

Arbuscula et Frutex, cortice laevi, glauco, ramis erectis, teretibus.

Folia petiolata, opposita, decussata, ovata utrinque acuminata, integra, nervosa, venosa, crassiuscula, glabra, nitida.

Petioli teretes, glabri,

Stipulae latae, ovatae; acuminatae, interpetiolares, deciduae.

Paniculae parvae, cymosae, terminales, erectae, 3-partitae, trifidae, *pedicellis* 3-floris; *floribus* albidis.

Flos medius in dichotomia ut plurimum sessilis.

Calyx 5-dentatus, minutus.

Corolla infundibuliformis: *Tubo* calyce longiore, basi angustiore; *Limbo* 5-partito: *Laciniis* ovatis acutis patentibus. *Faux* barbata.

Filamenta ciliata. *Antherae* in fauce inter barbam.

Germen inferum, minutum. *Stylus* staminibus et corolla longior. *Stigmata* 2. ovata, pubescentia.

Bacca subrotunda, calycis minuti dentibus coronata, 2 - sperma, lacte sanguinea, nitida.

Semina sulcato - striata.

o b s. Floret vere.

Differt a *P. glabrata*:

Foliis longioribus, crassiusculis, *Floribus* majoribus,

Baccis subrotundis.

hirsuta. PSYCHOTRIA, stipulis lanceolatis integris deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis hirtis, caule hirsutissimo; panicula patente. *Prodr.* p. 42.

Crescit in sylvis vetustis *Jamaicae*, australis. h.

Frutex orgyialis, ramosus; ramis patentissimis erectis, teretibus, valde hirsutis.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-ovata, acumine longiori (elliptica) integra, nervosa, venosa, utrinque hirta.

Hirsuties ferruginea.

Petoli teretes, hirsuti.

Stipulae longae lanceolatae, indivisae, deciduae.

Panicula terminalis: pedunculo communi elongato, subfiliformi: ramis oppositis decussatis remotis, patulis hirsutis tripartitis: pedicellis trifloris.

Flores minuti, albidi.

Calyx minimus, 5-dentatus.

Corolla infundibuliformis: Tubo basi angustiore: Limbo 5-partito, patente. *Faux* villosa.

Antherae infra faucem.

Germen minimum, hirsutum. *Stylus* corolla
parum longior. *Stigmata* duo, ovata.

Bacca ovata, rubra, pubescens, calyce coronata,
2 . sperma.

Semina plano . convexa, oblonga, striata.

OBS. Floret Februario.

Differt ab aliis sui generis: hirsutie notissima,
et habitu patentissimo.

foetens. PSYCHOTRIÁ, stipulis acuminatis integris deciduis, foliis lanceolato-ovatis acutis glabris; panicula patentissima, ramis reflexis filiformibus. *Prodr.* p. 43.

Habitat in sylvis montium *Jamaicae australis*. h.

Arbuscula l. *Frutex* cortice laevi; ramis teretibus patentibus, glabris, lineatis, fusco-variegatis.

Folia petiolata, opposita, lanceolato-ovata, acuminata, 3-4-pollicaria, integra nervosa, venosa consistentia, margine convexiusculo, utrinque glabra, inferne pallidiora.

Petioli teretes, glabri.

Stipulae ovato-acuminatae, integrae, membranaceae, emarcidae, deciduae.

Panicula terminalis, diffusa, pedunculo communi longiori, glabro: ramis subverticillato-quaternis subdivisis, longis, ramulisque reflexis, ultimis trifloris; floribus pedicellis longioribus, parvis.

Calyx minutus, 5-dentatus.

Corolla tubulosa, alba, basi parum dilatata: *Limbo* 5 - partito, patente. *Faux* villosa.

Filamenta medio tubi inserta. *Antherae* oblongae in villo faucis.

Germen subrotundum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigmata* duo, oblonga.

Bacca oblonga, parva, coccinea, disperma, conata.

Semina oblonga, fulcata.

o B s. Floret Febr. et Martio.

Differt a *P. hirsuta* glabritie, ramis paniculae reflexis etc.

Peculiaris odore valde foetido, subacido ex ramis fractis foliisque contusis; simili gaudent *Comocladia*, *Fuchsiae* spec. prodr. p. 62.

*citri-
folia.* PSYCHOTRIA, stipulis ovatis per-
sistentibus, foliis ellipticis acumina-
tis glaberrimis subcoriaceis, pani-
culis brevibus, baccis oblongis co-
statis. *Prodr.* p. 43.

Habitat in *India occidentali.* h.

Arbustula et *Frutex* ramosus, cortice glabro.
Ramis teretibus, *ramulisque* oppositis compres-
siusculis, glabris.

Folia petiolata, opposita, elliptica l. ovata basi
angustiora, acuminata productiore, integra 3-
6 pollicaria, nervosa, venosa, glaberrima, ri-
gidiuscula, laete virentia.

Stipulae ovato-acuminatae, rigidae, persistentes.

Paniculae terminales foliis breviores (in ramis):
Pedunculo communi brevi; *ramis* oppositis 3-
chotomis patulis.

Flores majusculi, albidi.

Perianthium minutum coloratum 5-dentatum:
dentibus obtusis.

Corolla cylindrica: *Tubo* calyce 5-plo longiore:
Limbo 5-partito: *Laciniis* lanceolatis longis
villosis.

Faux villosa.

Antherae in fauce tubi.

Germen subrotundum. Stylus longitudine tubi, superne crassiusculus. Stigma bilobum, patens.

Bacca oblonga, major, coronata, fulcato-costata.

Semina 2. semiovata, arille obvoluta.

Obs. Folia, Citri foliis colore et consistentia simillima.

Foliis, stipulis et baccis distincta.

margi- PSYCHOTRIA, stipulis integris
nata. acuminatis deciduis; foliis lanceo-
lato - ovatis acutis margine cartila-
gineo - fetosis; panicula laxa. *Prodr.*
P. 43.

Psychotrophum fruticosum, foliis plum-
beis ovato - acuminatis, floribus laxo
racemosis. BROWN. *jam.* 161. n. 6.

Habitat in sylvestribus *Jamaicae* *austra-*
lis. h.

Frutex 3 - 4 - pedalis, ramosus, cortice laevi.

Rami simpliciusculi, teretes, erecti, glaberrimi.

Folia petiolata, opposita, obovata, acuminata,
margine cartilaginea, fetis minutissimis instru-
cta, nervosa, venosa, supra atrovirentia niti-
da, subtus pallida sub - glauca.

Petioli teretiusculi.

Stipulae membranaceae ovatae acuminatae, lon-
gitudine petiolorum, interfoliaceae, glabrae,
deciduae.

Paniculae terminales, laxae; *pedunculo* communi
longo tereti.

• *Ramis*

Rami oppositi patentes dichotomi, filiformes, glabri, laxi, 3 - 6 - flori: floribus brevissime pedicellatis, minutis, pallidis.

Perianthium 5 - dentatum, minutissimum.

Corolla Tubo basi parum ventricoso: *Limbo* 5 - fido, reflexo. *Antherae* tubo inclusae.

Stylus longitud. corollae. *Stigmata* 2. supra faucem, incrassata, reflexa.

Bacca minuta, ovata, nigra, 2 - sperma.

Semina fulcata.

Obs. Tempore vernali florentem inveni hanc speciem, *foliis* a caeteris diversam.

tenuifolia. PSYCHOTRIA, stipulis ovatis emarginatis deciduis, foliis oblongis acutis tenuioribus glabris; paniculis erectis subsessilibus. *Prodr.* p. 43.

Incolit fruteta Hispaniolae. h.

Frutex 3 - 4 - pedalis, ramosus.

Rami teretes, erecti, glabri.

Folia petiolata, opposita, oblonga, utrinque acuminata apice obtuso, integra, nervosa, venosa, plana, tenuia submembranacea, glabra.

Petioli teretes, crassi.

Stipulae ovatae, latae, semiamplexicaules, acuminatae, apice bifidae, deciduae.

Paniculae in ramulis terminales, foliis breviores ovatae, subdivisae: *pedunculo communi* brevissimo tereti l. nullo; *ramis* 3 - partito - 3 - fidis.

Flores parvi, albidi.

Cal. 5 - dentatus. *Dentes* erecti, acuti, persistentes.

Corollae *Tubus* infundibuliformis brevis: *Limbo* 5 - partito, reflexo. *Faux* villosa.

Filamenta 5. *Antberae* in fauce.

Stigmata oblonga, supra limbum.

Bacca oblonga, glabra, coronata, 2 - sperma.

Semina fulcata.

o b s. Dignoscitur: *Stipulis* et *foliis*.

nervosa. PSYCHOTRIA, stipulis oblongis emarginatis deciduis, foliis ovatis utrinque acuminatis nervosis subundulatis, paniculis sessilibus erectis. *Prodr.* p. 43.

Habitat in frutetis *Jamaicae*. h.

Frutex orgyialis.

Rami patuli; teretes, oppositi glabri, *ramulis* apice compressis.

Folia petiolata, opposita, lato-ovata, utrinque acuminata, apice interdum attenuata, margine subintegra, subundulata, subtus magis nervosa quam in reliquis, unde fere rugulosa, venosa, utrinque glabra, obscura, subtus pallidiora, membranacea. *Petioli* teretes, breves.

Stipulae magnae, oppositae, interpetiolares, oblongae acuminatae, apice 2-fidae l. emarginatae, ferrugineo-membranaceae, marcescentes, deciduae.

Paniculae terminales inque axillis ramulorum, sessiles, absque pedunculo communi; foliis dimidio breviores, *ramis* plerumque ternis patulis, supra medium partitis 3-4-chotomis; *floribus* erectis albidis.

Flores ut in praecedenti (*tenuifolia*) corollis tantum parum majoribus.

Baccae oblongae vix acuminatae.

Semina valde fulcata.

Obs. Discrepat a *P. tenuifolia*:

Habitu patentiore; *Foliis* magis ovatis et nervosis, unde superficies minus glabra quam in illa, marginesque leviter undulati. — *Stipulis* majoribus.

P. cartbaginensis JACQ. am. 65. certe diversa, quae etiam a *P. asiatica* distinguenda est.

Myrsti. PSYCHOTRIA, stipulis ovatis de-
pbyllum. ciduis, foliis lanceolato-ovatis ener-
 viis nitidis rigidis, ramis secundis;
 racemis compositis terminalibus.
Prodr. p. 44.

Myrstipbyllum minus, fruticosum, fo-
 liis ovato-acuminatis, nitidis sub-
 rigidis, oppositis. BROWN. *jam.*
 p. 152.

Myrti folio angusto acuminato, arbor
 racemosa baccifera, fructu sulcato
 seu cannulato-dipyreno. SLOAN.
jam. 171. *Hist.* 2. p. 102. tab. 209.
 f. 2. RAY. h. v. 3. *dendr.* p. 66.

Incolit fruteta arida *Jamaicae borea-*
lis, inter *Haematoxylon*. &c.

Frutex vix tripedalis, Myrtum l. Phillyream,
 l. Ligustrum referens, ramosus, cortice cinereo.
Rami subdivisi, patentes, subdivisichi l. secundi,
 teretes, glabri.

Folia minora vix pollicaria, petiolata, opposita
 lanceolato-ovata, l. lanceolata, apice obtusiu-
 scula, integerrima, margine parum revoluta,
 enervia, vix venosa, horizontaliter patentia,

nitida atro-virentia, subtus pallida; oculo armato punctis minutissimis cinereis cooperta, persistens, rigida.

Petoli breves, teretes.

Stipulae petiolis interpositae parvae, ovatae vix acutae integrae, marcescentes, deciduae.

Racemi in ramulis terminales, solitarii, foliis paulo longiores erecti, compositi: ramis oppositis tripartito-trifloris. *Pedunculi* communes breves. *Flores* parvi, albidi.

Calyx minutus, 5-dentatus.

Corolla infundibuliformis; *Tubo* calyce triplo longiore; *Limbo* 5-partito, patente. *Faux* villosa.

Filamenta 5 longitudine tubi. *Antherae* ovatae, albae.

Germen subrotundum. *Stylus* apice extimo bifidus. *Stigmata* obtusa.

Bacca oblonga, calyce coronata, coccinea.

Semina duo, oblonga, plano-convexa, striata.

OBS. Tempore vernali floret frutex, habitu a *Psychotriis* alienus. Cel. BROWNE fructum immaturum tantum vidit, et *drupam bilocularis* appellavit; hinc novum genus condidit, sed perperam. *Bacca* immatura dura est, et bilocularis dum transverse secatur; matura vero succosa evadit, sapore dulci, disperma, dissepimento evanescente.

laxa. PSYCHOTRIA, stipulis ovatis acutis deciduis, foliis ovatis acuminatis; racemis ternis terminalibus trichotomis, ramis pedicellisque subcapillaribus laxis.

Habitat in frutetis montium *Jamaicae*. h.

Frutex.

Rami erecti, teretes, laeves, cortice cinerascen-
te; *ramuli* dichotomi, inaequales, subflexuosi.

Folia petiolata, 1-2-pollicaria, ovata, l. lanceo-
lato-ovata, acuminata, integra, glabra, subtus
pallidiora et minutissime punctulata, vix ner-
vosa, venosa. *Petioli* brevissimi.

Stipulae minutissimae, foliis interpositae, ova-
tae acutae, integrae, margine subciliatae,
deciduae.

Racemi terminales, terni erecti, 2-pollicares, la-
xi, compositi. *Pedunculi* communes semipol-
licares filiformes: *ramulis* tripartito-trifloris,
subcapillaribus patentibus.

Calyx 5-dentatus, minutus.

Corolla *Stam.* *Pist.*

Bacca oblonga, utrinque parum acuminata glabra.

Semina duo, oblonga, acuminata, sulcata.

parasi- tica. PSYCHOTRIA, stipulis amplexi-
caulibus retusis, foliis ovatis acu-
minatis aveniis subsucculentis, ra-
cemis terminalibus axillaribusve com-
positis. *Prodr.* p. 44.

Viscoides pendulum. JACQ. *amer.* 73.
t. 51. f. 1.

Habitat in *India occidentali*, subparasi-
tica. h.

Provenit in *Montserrat*: *Paradise moun-
tain*; (RYAN.) in *St. Christopher*;
(FAHLBERG.) in *Dominicae*, *Gua-
delupae* montibus; (du PONTHEU.)
in *Martinicae* sylvis; (JACQVIN.)

Frutex sarmentosus, in truncis vetustis arborum
radicans, subparasiticus.

Rami simpliciusculi teretes apicem versus an-
gulosi 4-goni, penduli, glabri.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuminata, in-
tegra pollicaria avenia nervis vix evidentibus,
glaberrima, crassiuscula, succulenta, laete vi-
ridia, subtus pallida. *Petioli* breves, teretes,
supra plani.

Stipulae l. vaginae parvae membranaceae, inter petiolos, caulem amplectentes, retusae, persistentes.

Racemi terminales l. axillares, solitarii, erecti, pedunculati, longitudine foliorum, compositi.

Pedunculi semipollicares teretiusculi, glabri, rubentes: *ramulis* oppositis, decussatis, cymae instar fastigiatis, patentibus, apice 3-partitis: *floribus* pedicellatis, albis, parvis.

Calyx 5-dentatus, minimus, coloratus, persistens.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* longiusculus.

Limbus 5-fidus. *Laciniis* lanceolatis, patulis.

Faux pubescens.

Filamenta tubo inserta brevissima. *Antherae* in faucè tubi.

Germen subrotundum, rubrum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* subcapitatum, bilobum.

Bacca globosa l. obovata, retusa, calyce coronata, coccinea.

Semina 2. plano-convexa, sulcata, unilocularia.

OBS. *Climbing vine* nuncupatur a *Montserratensibus*.

horizon- PSYCHOTRIA, stipulis ovatis, fo-
talis. liis lanceolato - ovatis acutis, ramis
 foliis ramulisque panicularum hori-
 zontalibus. *Prodr.* p. 44.

Incolit loca aprica cretacea in *Hispa-*
niola. h.

Frutex 3 - 4 pedalis, ramis diffusis, strictis ho-
 rizontalibus, laevibus, teretibus.

Folia in ramulis, praecipue terminalia, horizon-
 taliter patentia, petiolata, opposita, lanceola-
 to - ovata, acuminata, integra, nervosa, ve-
 nosa, glabra, subtus pubescentia, submembra-
 nacea; *nervi* subtus villosi.

Petioli teretes, breves, pubescentes.

Stipulae ovatae, deciduae, minutae.

Paniculae terminales, erectae; *Pedunculo commu-*
ni foliis brevior, striato, pubescente; *ramis*
 horizontaliter patulis brevibus apice tripartitis.

Flores pallidi l. albidi, parvi.

Calyx minutus, 5 - dentatus.

Corolla infundibuliformis. *Faux* nuda.

Antherae albae in fauce tubi.

Germen ovatum. *Stylus* longitud. tubi. *Stigma-*
ta 2. crassiuscula, obtusa.

Bacca oblonga coronata, piperis minoris magni-
 tudine. —

Semina duo, sulcato - striata.

*OBS. Floret *Junio.*
 Dispositione ramorum etc. primo intuitu a
 caeteris dignoscitur.

nutans. PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis, foliis lanceolatis acutis nervosis, racemis tripartitis erectis: fructiferis nutantibus. *Prodr.* p. 43.

Habitat in *Hispaniolae* collibus aridis, solo cretaceo. h.

Arbuseula et Frutex erectus, ramosus.

Rami e radice numerosi, caulium instar plurimum subdivisi, teretes, glabri.

Folia petiolata, opposita, lanceolata, acuminata, integra, nervosa, (nervis subtus elevatis,) venosa, glabra, postice pallidiora.

Petioli breves.

Stipulae bidentatae, marcescentes, deciduae, dentibus subulatis,

Racemi terminales, solitarii, 3-partiti, sub florescentia erecti; fructiferi nutantes.

Pedunculi communes longi, teretes, glabri.

Flores parvi, albidi.

Calyx minutus, 5-dentatus.

Corolla infundibuliformis; *Tubus* calyce triplo longior; *Limbus* patens, 5-fidus: *Lacinis* acutis.

Filamenta 5. e fundo tubi. *Antberae* ovatae, luteae.

Germen subrotundum. *Stylus* longitudine tubi.
Stigmata 2. ovata.

Bacca subrotunda, disperma coronata, matura coccineo - rubra, pendula; magn. *Ribis rubri*.

Semina hemisphaerica, striata.

o B s. Floret Junio; *Baccae* maturant Julio.

involu- PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis,
crata. foliis lanceolato-ovatis nitidis, ra-
cemis terminalibus corymbosis, pe-
dicellis trifloris; floribus involucra-
tis.

Nonatelia officinalis, foliis ovatis acu-
tis, calycis involucro triphylo.
AUBL. *Guian.* 182. t. 70. f. 1.

Habitat in *India occidentali*: *Jamaica*,
(SHAKESPEAR.) *Guiana.* (AUBL.) h.

Frutex 2-3-pedalis, ramosus.

Rami teretes, nodosi glabri.

Folia petiolata, decussato-opposita, lanceolato-
ovata acuminata, integra, nervosa, venosa,
glabra, nitida. *Petioli* breves.

Stipulae utroque latere bidentatae: *dentibus* su-
bulatis.

Racemi vel *Pedunculi* terminales, subcorymbosi,
l. solitarii tripartiti, *pedicellis* trifloris: *floribus*
subsessilibus involucratis: *involucro* triphylo:
foliolis (l. *bracteis*) linearibus patentibus, longi-
tudine pedicellorum.

Perianthium 5-dentatum: *dentibus* minutissimis.

Corolla infundibuliformis: *Tubo* brevi: *Limbo* 5-partito.

Nectarium: *Glandulae* 5. minutae ad basin styli.

Filamenta medio tubi inserta. *Antherae* oblongae.

Germen ovatum. *Stylus* apice bifidus. *Stigmata* obtusa.

Bacca subrotunda, calyce minutissimo apice notata, nigra, 10-fulcata, 2-sperma.

Semina hemisphaerica, fulcata.

OBs. *Nonnelias* AUBLETII a *Psychotriis* fructu minime distinguendas esse, ex specimine uno alterove ipsius Auctoris in museo Banksiano asservato, testari possum. Sulcos 10 in baccis exsiccatas evidentes, pro distinctionibus inter semina quinque, forte habuit.

brachia-PSYCHOTRIA, stipulis ovatis bifidis, racemo terminali composito, ramis brachiatis, floribus aggregatis sessilibus. *Prodr.* p. 45.

Habitat in montibus altis *Jamaicae australis*. h.

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami erecti, 4-goni, laeves.

Folia petiolata, decussato-opposita, oblongata, utrinque acuminata, integra, nervosa, venosa glabra, rugosiuscula, subtus pallidiora.

Petioli teretes, nervique subtus pubescentes.

Ramuli ad petiolos valde incrassati.

Stipulae foliis interpositae latae, ovatae l. oblongae apice bifidae, glabrae.

Racemus terminalis in ramulis, erectiusculus, compositus: *Pedunculo communi* tereti-compresso, elongato, pubescente; *ramis* brachiatis horizontaliter patentibus, apice 3-partitis: *pedicellis* brevissimis.

Flores sessiles 3-4 aggregati, pallidi.

Braeteolae latae, connatae, concavae, acutae, ad basin ramulorum racemi, pedicellorum et sub floribus; pubescentes.

Perianthium minutum, 5 - dentatum, tubulatum.

Corolla minor, infundibuliformis, 5 - fida, extus pubescens. *Antherae* in tubo inclusae.

Germen ovatum. *Stylus* brevis. *Stigmata* duo subrotunda.

Bacca oblonga, calyce coronata, bifulca, atro-caerulea.

Semina sulcata.

o b s. Floret Majo, Junio.

grandis. PSYCHOTRIA, stipulis deltoideis margine revolutis, apice subulatis; foliis cuneiformibus obovatis; caule angulato. *Prodr.* p. 43.

Incolit fruteta montosa *Jamaicae interioris occidentalis*. h.

Suffrutex 12 - 16 - pedalis.

Caulis erectus, subherbaceus, crassus, strictus angulatus, sulcatus, glaber; *ramis* herbaceis strictis, angulatis, glabris; *ramulis* axillaribus sulcatis.

Folia petiolata, opposita, pedalia et ultra, basi cuneiformia obovata, 3 - poll. lata, acumine brevi, integerrima, nervosa, venosa, glabra, subtus pallidiora; *nervi* subtus acuti, rigidi.

Petioli breves crassi teretiusculi, glabri.

Stipulae foliis interpositae, latae, deltoideae, l. exacte triangulatae, marginibus revolutis, apice subulatae, glabrae.

Paniculae terminales in ramulis, pedunculatae, magnae. *Pedunculus communis* foliis interdum longior, subteres, erectus striatus. *Rami* 3 - 4 - terni subverticillati, stricti, compressiusculi, marginati, versus basin crassiores, striati, 3 - 4 -

partiti, apice iterum subdivisi; *floribus* numerosis, breviter pedicellatis, subconfertis, pallidis.

Calyx 5 - dentatus minutus.

Corolla infundibuliformis, minuta, pallida, 5 - fida: *Laciniis* acutis. *Faux* villosa.

Filamenta tubo parum longiora. *Antherae* ovatae, albae.

Germen ovatum, truncatum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigmata* 2. crassiuscula.

Bacca ovata, calyce minutissimo coronata.

Semina duo, plano - convexa.

Obs. Floret Aprili. Diversa habitu, foliis, stipulis etc.

patens. PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis, foliis distichis lanceolato - ovatis membranaceis; ramis patentibus; paniculis secundis. *Prodr.* p. 45.

Provenit in montibus altis *Jamaicae*, praesertim in *montibus caeruleis*. (Blue mountains.) h.

Frutex suborgyialis, ramosus.

Rami subdivisi, teretes, erectiusculi, fragiles, glabri.

Ramuli patentés, compressi.

Folia opposita, petiolata, distiche patentia lanceolato - ovata, l. ovato - lanceolata, acuminata, margine subinaequalia medio convexiuscula, apice parum reflexa, nervosa, venosa, membranacea, rigidula, utrinque glabra.

Petioli breves, teretes, glabri.

Stipulae interpetiolares bidentatae, adpressae, dentibus subulatis.

Paniculae parvae terminales.

Pedunculus communis erectus foliis brevior, tereti - compressus striatus, glaber; *ramulis* brevibus: infimis cruciatis, subsecundis, flexuosis, apice subdivisis l. dichotomis: *pedicellis*

deflexis, floribus subsessilibus, numerosis, parvis, albis.

Perianthium 5-dentatum, minutum.

Corolla infundibuliformis; *Limbo* 5-partito: *Laciniiis* reflexis. *Faux* nuda.

Filamenta e medio tubi. *Antherae* lineares in fauce.

Germen subrotundum. *Stylus* corolla longior. *Stigma* emarginatum.

Bacca subrotunda, vestigio calycis apice notata, didyma, nigra.

Semina hemisphaerica, sulcata.

OBS. Autumno viget. Singularis species ramis paniculae divaricatis, secundis. *Nonatoliae paniculatae* (AUBL. *Guian.* 184. t. 70. f. 2.) habitui valde assimilatur, sed forte diversa.

uligino. PSYCHOTRIA, stipulis connatis
sa. acutis convexis; foliis lanceolato-
 oblongis, femibus compressis cri-
 statis; caule subherbaceo simplici
 erecto. *Prodr.* p. 43.

Psychotrophum fruticulosum, foliis ve-
 nosis ovatis oppositis, petiolis sti-
 pulatis, racemis terminalibus, bac-
 cis compressis. BROWN. *jam.* p.
 160. n. 1.?

Habitat in *Jamaicae* depressis subhumi-
 dis montium. 4.

Radices longae, repentes.

Caulis 2 - 3 - pedalis, herbaceus, versus radicem
 suffrutescens, crassus, teres, simplex, apice fo-
 liosus glaber, subsucculentus.

Folia pedalia, petiolata, opposita, lanceolato-
 oblonga; acuminata, integra, nervosa (nervis
 arcuatis) nitida subtus pallida.

Petioli longi, teretes, crassi subtus in medio
 folii ad apicem continuati.

Racemi l. *pedunculi* terminales, in axillis fo-
 liorum oppositi, longitudine petiolorum, te-
 retes, glabri, apice tripartiti, ramulis pedun-

culo brevioribus, apice multifloris: *floribus* subsessilibus, confertis, minutis, pallide rubris. *Braeteolae* acutae, oppositae, convexae ad subdivisiones pedunculorum.

Calyx 5-dentatus, minutus, coloratus.

Corolla tubulosa. *Tubus* cylindricus: *Limbo* 5-fido: *Laciniis* acutis. *Faux* villosa.

Filamenta infra medium tubi inserta. *Antherae* lineares.

Germin ovatum, depressum. *Stylus* filiformis.

Stigmata duo, reflexa, tubo longiora.

Bacca sphaerica calyce coronata, coccinea; exsiccata compressa.

Semina 2. compressa, plano-convexa, latere exterioriore cristata.

o B s. Ob fructum compressum, synonymon Brownei huc retuli, licet dubium, quia, revera fruticulosa non dicenda est haec species.

Vere floret.

corymbosa. PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis, foliis lanceolato-ovatis acutis, subrigidis, nitidis; floribus corymbosis, pedunculo pedicellisque coloratis. *Prodr.* p. 44.

Crescit in montibus excelsis *Jamaicae.*

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami ramulique subdivisi, erecti, teretes, nitidi, hi vero atro-rubentes.

Folia petiolata, lanceolato-ovata acuminata, integra, nervosa, venosa, rigidiuscula, glaberrima, nitida.

Petioli breves, teretes, glabri.

Stipulae minutae, foliis interpositae, bidentatae; *dentibus* lanceolatis.

Paniculae terminales corymborum instar compositae: ramulis trichotomis, erectis, fastigiatis.

Pedunculi communes foliis breviores, teretes, glabri purpureo colorati. *Braëteae* subulatae, coloratae ad subdivisiones paniculae.

Flores purpurei.

Perianthium 5 - dentatum, minutum, coloratum.

Corolla tubulosa, basi ventriculosa, limbo 5 - fida.

Faux nuda, alba.

Antherae in ore corollae.

Stylus corolla longior. *Stigmata* duo, obtusa.

Bacca subrotunda, didyma, compressiuscula, atro - rubens.

Semina 2. hemisphaerica, striata.

o b s. Floret aestate.

Corymbus verus non est, sed panicula ad similitudinem ejus magis accedit quam in reliquis: praecipue baccis onusta nutans.

*pube-
scens.* PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis;
foliis lanceolato - ovatis acuminatis
pubescentibus, paniculis cymosis
patentibus. *Prodr.* p. 44.

Psychotrophum hirsutum, foliis ovatis.

BROWN. *jam.* 161. n. 5.

Habitat in sepibus ruderatisque *Jamaicae*, vulgaris, aliisque in locis
Indiae occidentalis. h.

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami subdivisi, teretes, erecti, pubescentes.

Folia lanceolato - ovata, acuminata, petiolata, opposita, integra, nervosa, subtus imprimis pubescentia, interdum subtomentosa, molliuscula, incano - viridia, 2 - 3 - pollicaria.

Petioli teretiusculi, mediocres.

Stipulae foliis interpositae ad basin bidentatae, (quasi utrinque geminae) *dentibus* subulatis, brevibus.

Paniculae in ramis terminales, erectae, longitud. foliorum, ramulis patentibus, subfastigiatis (cymam fere formantibus) trichotomis, flosculo medio plerumque sessili.

Pedunculi communes pollicares, teretes, pubescentes. *Braëteolae* lineares oppositae ad subdivisiones paniculae.

Flores luteo-virides.

Perianthium minutum, 5-dentatum.

Corolla tubulosa, cylindracea, basi parum dilatata, pubescens, limbo 5-fido: *Laciniis* ovatis acutis. *Faux* villosa.

Filamenta subulata, basi villosa. *Antherae* acuminatae in fauce tubi.

Germen ovatum. *Stylus* teres. *Stigmata* 2. crassiuscula.

Bacca subrotundo-didyma, coronata, pubescens, 2-sperma, matura atra, succo caeruleo.

Semina hemisphaerica, sulcato-striata.

OBS Floret toto anno.

pedun- PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis,
culata. foliis ovato-lanceolatis rugosiuscu-
lis; floribus subcymosis, pedunculo
communi elongato. Prodr. p. 44.

Psycbotrophi fruticosum, foliis ovatis
venosis, floribus quasi umbellatis,
sustentaculis longioribus. BROWN,
jam. p. 160. n. 4.

Provenit in sylvis montosis *Jamaicae*
interioris. h.

• *Frutex l. arbuscula 16 - 20 - pedalis.*

Rami teretiusculi l. obtuse angulosi, cortice ci-
nerco, cicatricati e foliis vetustis.

Folia petiolata, ovato-lanceolata, acuta, integra
nervosa, venosa, superne rugosiuscula (ex ner-
vis elevatis) subtus pallidiora, utrinque glabra.

Petioli teretiusculi, glabri.

Stipulae bidentatae: dentibus brevissimis acutis.

Paniculae terminales, parvae, contractiores, cy-
marum simillimae, ramulis approximatis de-
cussatis fastigiatis trichotomis, floribus nume-
rosis.

Pedunculi communes foliis longiores, 4 - 5 - pol-
licares, erecti, teretes, glabri.

Calyx 5-dentatus, minutus.

Corolla cylindracea, majuscula, lutea. *Faux* nuda:

Antherae oblongae infra faucem.

Germen oblongum. *Stylus* brevis. *Stigmata* 2, simplicia.

Bacca subrotunda, didyma, 2-sperma.

Semina hemisphaerica, sulcata.

¶ s s. Distinguitur ab omnibus aliis:

Inflorescentia subcymosa et *pedunculis* communibus elongatis.

crocea. PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis, foliis ovatis acutis nervosis, paniculis erectis, pedunculisque croceocoloratis. *Prodr.* p. 44.

Psychotrophum fruticosum, foliis ovatis venosis, racemis terminalibus croceis. BROWN. *jam.* 160. tab. 13. f. 1. 2. quoad flores.

Incolit fruteta submontosa *Indiae occidentalis*. h.

Frutex orgyialis, ramosus.

Rami subdivisi, teretes, glabri.

Folia petiolata, opposita, ovato-lanceolata l. ovata, acuminata, integra, nervosa, (nervis arcuatis, subtus praesertim elevatis) venosa, utrinque glabra. *Petioli* breves, teretes, glabri.

Stipulae petiolis interpositae, bidentatae, dentibus setaceo-subulatis, parvis.

Paniculae terminales in ramulis, erectae, elongatae.

Pedunculus communis teres, erectus, rubro l. croceocoloratus, foliorum saepe longitudine; *ramulis* subdivisis, alternis, angulatis,

rubris, floribus pedicellatis, pedicellis longiusculis, coloratis.

Braeteolae subulatae, coloratae ad basin pedicellorum.

Calyx minutus, 5-dentatus.

Corolla majuscula, croceo-rubra, cylindracea; *Tubo* basi ventricoso; *Limbo* 5-fido, *Laciniis* parvis, patentibus.

Filamenta e medio tubi. *Antberae* lineares, luteae.

Germen ovatum, retusum. *Stylus* filiformis. *Stigma* crassiusculum, emarginatum.

Bacca subrotunda, coronata, subdidyma, bisulca, nigra succo purpureo.

Semina 2. hemisphaerica, sulcata.

OBS. Floret vere.

Dignoscitur a reliquis foliis valde venosis, paniculisque croceo-coloratis.

alpina. PSYCHOTRIA, stipulis bidentatis, foliis lanceolato-ovatis membranaceis reticulato-venosis, paniculis erectis, corollis elongatis diaphanis.
Prodr. p. 44.

Habitat in montibus excelsis *Jamaicae australis: montibus caeruleis.* h.

Frutex 5-10-pedalis, ramosus.

Rami crassi, 4-goni, glabri, simpliciusculi.

Folia petiolata, opposita, ovata, utrinque acuminata, margine subciliata, membranacea, rigidiuscula, multinervia, reticulato-venosa, utrinque glabra.

Petioli teretes, pubescentes.

Nervi numerosi, arcuati, subtus plerumque pubescentes.

Stipulae foliis interpositae, connatae, membranaceae, medio truncatae, ad latera utrinque denticulo longiore lineari, erecto, subciliato.

Panicula terminalis in ramulis, erecta, foliis saepe brevior.

Pedunculus communis pollicaris, tereti-compressus l. angulatus, glaber, subinde rubro-coloratus.

Rami decussati, erecto - patentes, simpliciter subdivisi, *pedicellis* sparsis, rubris, longioribus.

Calyx 5 - dentatus, parvus; *dentibus* obtusis.

Corolla cylindrica, basi parum ventricosa, inter maximas hujus generis, semipollicaris, subsucculenta, pellucida, flava, rubra, purpurea, caerulea, alba. *Limbus* 5 - fidus, erectiusculus. *Faux* nuda.

Filamenta e medio tubi. *Antberae* in fauce.

Germen subrotundum. *Stylus* longitudine tubi, crassus. *Stigma* subcapitatum, emarginatum.

Bacca subrotunda, major, bisulca, coronata.

Semina 2. hemisphaerica, sulcata.

o b s. Vere et aestate floret.

Chiococcae paniculatae LINN. suppl. p. 145. simillima, ut vix diversa; si vero illa distinguenda, species etiam *Psychotriae* omnino erit.

Palicou-PSYCHOTRIA, stipulis bilobis,
rea. foliis lato-ovatis utrinque acumi-
 natis; paniculis erectis, corollis cy-
 lindraceutis ventricosis subcurvis ex-
 tus farinosis.

Palicourea Guianensis. AUBL. *Guian.*
 173. t. 66.

Stephanium. SCHREB. *Gen. pl.* n. 308.

Provenit in *India occidentali*, *Guiana.*
 (AUBLET.)

Frutex.

Rami teretes, glabri, ramulis coloratis.

Folia petiolata, opposita, decussata, lato-ovata,
 basi attenuata, apice acuta, margine integra,
 nervosa, venosa, glabra, 5-6-pollicaria.

Petioli semipollicares, 4-goni, glabri.

Stipulae utrinque bilobae: lobis ovatis obtusis
 adpressis magnis persistentibus rigidis.

Panicula erecta foliorum fere longitudine, ter-
 minalis: pedunculo communi 2-pollicari, 4-
 quetro l. 4-gono, sanguineo-colorato; ramulis
 erectis compressis sulcatis, brevibus, trichoto-
 mis, coloratis, floribus pedicellatis erectis.

Perianthium superum, 5-dentatum, minutum:
 dentibus ovatis acutis patentibus.

Corolla tubulosa cylindracea semipollicaris, flava l. aurantiaca, extus farinosa, ante explicationem 5-gona. *Tubus* basi parum dilatatus, medio superne ventricosus quasi gibbus, unde curvus cernitur. *Limbus* subinaequalis, 5-fidus: *Laciniis* erectis ovatis acutis: tribus superioribus vix majoribus. *Faux* nuda.

Filamenta e tubo corollae. *Antherae* longae, lineares, infra limbum.

Germen inferum, glandula subrotunda coronatum.

Stylus corolla longior apice bifidus, filiformis.

Stigmata filiformia, reflexa.

Pericarpium immaturum mihi visum biloculare, loculis monospermis, calyce coronatum, absque dubio tandem dispermum ut in *Psycotriis*, quarum fructus ante maturitatem etiam bilocularis videtur. —

OBS. A *Psycotriis* certe non separanda species, in multis *P. croceae* et *alpinae* simillima.

CEPHAËLIS. *Tapogomea* AUBL.

Callicocca SCHREB. *Gen. plant.* n. 316.

Charaëter generis.

Flores capitati.

CAL. *Involucrum* mono-f.-polyphyllum: *Folio-*
lis membranaceis, persistentibus, coloratis.

Perianthium proprium 5-dentatum, superum.

COR. monopetala. *Tubus* cylindraceus, supra
ampliatus. *Limbus* 5-fidus, patens.

STAM. *Filamenta* 5. e medio tubi. *Antherae*
erectae.

PIST. *Germen* inferum, angulatum. *Stylus* lon-
gitudine tubi, apice bifidus. *Stigmata* ob-
tusa.

PER. *Bacca* oblonga, angulata, disperma.

SEM. duo, plano-convexa, angulata; sulcata l.
striata.

Receptaculum paleaceum: *Paleis* membranaceis,
persistentibus, coloratis, flores fructusque
distinguuntibus.

* * *

Charaët. essentialis:

Bacca disperma. *Corolla* tubulosa.

Receptaculum paleaceum.

(*Flores* monopetali, superi; inter *Mo-*
rindam et *Psychotriam*.)

Flores capitati, involucrati,

Corolla tubulosa.

Bacca disperma.

Receptaculum paleaceum.

Locus: inter Morindam et Conocarpum.

Ordo nat. XLVIII. d. Aggregatae.

Juss. fam. plant. Cl. XI. Ord. II. Rubiaceae. X.

Vox composita ex Κεφαλη *Caput*, et ειλεω *congrego* l. ειλιξ *involucrum*, quoniam flores sunt in capitulum collecti et involucrati.

Genus *Psychotriae* proximum, sed *involucro* et *inflorescentia* distinctissimum.

Tab. X. *Cephaelis*:

- a. Flores involucro polyphyllo cincti. m. n.*
- b. Flos paleis adfidentibus. m. n.*
- c. Corolla longitudinaliter fissa. m. a.*
- d. e. Staminis et pistilli figura. m. a.*
- f. Fructus. m. n.*
- g. Idem foetus. b. Semina. m. n.*

elata. CEPHAËLIS, capitulis globosis terminalibus, pedunculis elongatis, involucro diphylo, foliis glabris. *Prodrom.* p. 45. n. 2.

Habitat in montibus altis *Jamaicae australis.* h.

Frutex 12 - 15 - pedalis, erectus, ramosus.

Rami subdivisi, 4 - goni, glabri, fragiles.

Folia petiolata, opposita, decussata, semipedalia l. ultra, oblonga, subacuminata, integra, nervosa, venosa, glabra, nitentia membranacea.
Nervi arcuati.

Petioli breves, superne canaliculati.

Stipulae bidentatae l. subgeminae, interpetiolares, obtusae, convexae, glabrae, petiolis adpressae.

Flores terminales, capitati, involucrati.

Pedunculus communis terminalis in ramis, folitarius, erectus, semipedalis, 4 - queter.

Flores in minoribus capitulis separati, pluribus in capitulo majori congestis, involucro cinctis.

Involucrum diphyllum: *Foliolis* magnis, cordato-subrotundis, basi connatis concavis, margine convexis, integris, patentibus, membranaceis, purpureo - rubris. *Alia* (l. *paleae*,) plura, floribus immixta adpressa et amplectentia, ovata, parva, rigida, colorata.

Flores 2 - 3 aggregati inter paleas distinctas.

Perianthium superum, 5 - dentatum: *dentibus* erectis minutis.

Corolla tubulosa. *Tubus* basi parum angustior. *Limbus* 5 - fidus: *Laciniis* ovatis suberectis crassis. *Faux* villosa.

Filamenta 5. medio tubi inserta. *Antherae* lineares.

Germen oblongum, angulatum. *Stylus* crassus, longitudine tubi, 2 - fidus. *Stigmata* crassa, pubescentia.

Bacca oblonga, vestigio calycis apici insidente, 2 - sperma.

Semina duo oblonga, plano - convexa, striata.

Fructus paleis supra dictis ovatis marcescentibus interstincti.

Obs. Floret Augusto.

viola- CEPHAËLIS, capitulis globosis ter-
cea. minalibus, involucro 5-phyllo, fo-
 liis apice attenuatis nervosis glabris.

Tapogomea violacea. AVEL. *Guian* 157.
 tab. 60.

Occurrit in *Insulis Caribaeis*, (du PONT-
 THIEU.) *St. Luciae*, (MASSON.)
Guiana (AUBL.) h.

Frutex ramis teretiussculis glabris, ramulis 4-go-
 nis, leviter flexuosis.

Folia petiolata, opposita, oblongo l. ovato-lan-
 ceolata apice attenuata, integra, glaberrima,
 nervosa, nervis numerosis subhorizontalibus,
 venosa, membranacea, laete virentia, subtus
 pallidiora, 3-4-pollicaria.

Petoli teretes, supra canaliculati, basi subva-
 ginantes, *stipulis* vaginantibus conjunctae,
 ovatis, latis, acuminatis, tandem margine ci-
 liatis.

Flores capitati.

Capitula pedunculata, terminalia, subglobosa; *pe-
 dunculis* solitariis, 4-quetris, ramulis quibus
 insident, crassioribus, parum curvatis, glabris,
 pollicaribus.

Involucrum 5-phyllosum. *Foliola* ovata, concava, nec reflexa, majuscula, integra violaceo-colorata; duo interiora parum minora.

Paleae flores distinguentes, ovatae obtusae, concavae, erectae, floribus breviores, coloratae, persistentes.

Perianthium 5-dentatum: *dentibus* acutis, erectis.

Corolla tubulosa, caerulea: *Tubus* superne dilatatus. *Limbi lacinae* obtusae, erectae.

Filamenta tubo inserta. *Antherae* lineares.

Germen oblongum apice intra tubum, bilobum.

Stylus bifidus. *Stigmata* obtusa.

Bacca oblonga, 5-gona l. sulcata, matura caerulea disperma.

Receptaculum paleaceum: *paleis* ovatis baccis immixtis, emarcidis.

OBS. Vix a *Tapogomea violacea* AUBL. diversa, nisi foliis apice magis attenuatis, et paleis receptaculi obtusioribus.

axilla- CEPHAËLIS, capitulis axillaribus
ris. sessilibus. *Prodr.* p. 45.

Provenit in Infula St. *Christophori.*
Herb. BANKS. (MASSON.) h.

Frutex ramosus.

Rami teretiusculi, glabri.

Folia petiolata, opposita, oblonga, utrinque acu-
minata, integra, nervosa, glabra, subtus palli-
diora.

Petioli elongati, glabri.

Stipulae oppositae, ovatae, membranaceae.

Capitula axillaria, sessilia.

Involucrum 4-6-phyllum: *Foliola* ovata, mem-
branacea, *interiora* (l: *paleae* flores separan-
tes,) ovata, longitudine florum.

Perianthium 5-dentatum.

Corolla tubulosa, parva.

o B s. Habitus omnino generis. Descriptio se-
cundum specimen siccum facta, olim au-
genda.

musco- CEPHAËLIS, capitulis subrotundis
sa. sessilibus terminalibus, paleis den-
 tatis. *Prodr.* p. 46.

Morinda muscosa, arborea, capitulis
 sessilibus terminalibus. *JACQ. amer.*
 65. tab. 35.

Crescit in *Martinicae* sylvis montium,
 et ad ripas fluviorum. (*JACQ.*) h.

Arbuscula, Ramis subvirgatis, dichotomis, te-
 retibus.

Folia petiolata, opposita, ovata l. oblonga, basi
 apiceque attenuata, integra, nervosa, membra-
 nacea, glabra, 2-3-pollicaria.

Petioli breves, teretes.

Stipulae inter petiolos vaginantes, bidentatae.

Flores capitati. *Capitula* parva, subrotunda, sub-
 sessilia l. brevissime pedunculata; *pedunculis*
 crassiusculis solitariis, terminalibus.

Involucellum polyphyllum: *foliulis* oblongis, con-
 cavis, glabris, persistentibus.

Calyx minutus 5-dentatus.

Corolla tubulosa, minuta, albida.

Filamenta tubo inserta. *Stylus* 2-fidus.

Bacca subrotunda, matura caerulea, 2-sperma.

Semina sulcata.

Receptaculum parvum: *paleis* inaequalibus, den-
 tatis, viridibus.

axilla. HAMELIA, subherbacea, racemis
ris. axillaribus, floribus sessilibus; foliis
ovato-lanceolatis. *Prodr.* p. 46.

Habitat in *Jamaicae*, *Hispaniolae* frute-
tis saxosis, juxta rivos. 4.

Caulis 2 - 3 - pedalis, inferne frutescens, ramo-
sus, laevis: *ramis* herbaceis, subdivisis, tereti-
bus, glabris.

Folia petiolata, opposita, ovato-acuminata, in-
tegra, nervosa, venosa, glabra, obscure viridia.

Petioli superne canaliculati, rufi.

Stipulae petiolis interpositae, acuminatae.

Racemi axillares nec terminales patentes: *ramulis*
tripartito - 3 - fidis, *flore* intermedio sessili.

Flores sessiles, secundi, parvi, pallide lutei.

Perianthium 5 - dentatum, minutum.

Corolla tubulosa, 5 - gona: *Limbo* 5 - fido, ae-
quali, erecto.

Filamenta ex infimo tubo; corolla breviora. *An-*
therae lineares.

Germen inferum, ovatum. *Stylus* longitudine
tubi, apicem versus incrassatus. *Stigma* linea-
re, compressum, acutiusculum.

Bacca oblonga, parva, calyce coronata, 5 - locu-
latis, polysperma.

chrysan-tha. HAMELIA, racemis terminalibus, floribus pedicellatis, foliis cuneato-oblongis acuminatis glaberrimis. *Prodr.* p. 46. JACQ. *icon. rar.* fasc. VII.

Periclymenum arborescens, ramulis inflexis, flore luteo. *PLUM. amer.* 212. *ic.* 218. f. 1.

Campanula minor frutescens, foliis ovatis oppositis stipulis acutis interpositis, capsulis quinquelocularibus. *BROWN. jam.* 166. tab. 14. f. 1.

Incolit fruteta montosa *Jamaicae occidentalis.* h.

Frutex 5-6-pedalis, ramosus, erectus.

Rami teretes, erecti, subdivisi, glabri.

Folia petiolata, opposita, oblonga, basi cuneata, apice acuminata, integerrima, glabra, nitida, nervosa, venosa.

Petioli longi, striati, glabri.

Stipulae foliis interpositae, acuminatae, subulatae.

Racemi terminales, patentes; compositi: *ramulis* dichotomis l. tripartitis, apice saepe reflecten-

tibus : *floribus* pedicellatis, erectis, subsecundis.

Pedicelli longiusculi. *Flores* luteo-aurantiaci, fulgentes.

Perianthium superum, urceolatum, 5-dentatum : *dentibus* acutis, persistentibus.

Corolla tubulosa aequalis. *Tubus* semipollicaris, 5-gonus. *Limbus* aequalis, 5-partitus : *Laciniiis* ovatis acutis erectis.

Filamenta 5, subulata, tubo inserta. *Antherae* lineares, erectae infra faucem tubi, apice dilatatae.

Germen oblongum, conicum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, apice incrassatus. *Stigma* compresso-lineare obtusum.

Bacca oblonga, calyce coronata, glaberrima, lacte coccinea, 5-locularis, polysperma.

Semina plurima, subrotunda, minuta, *receptaculo* subrotundo, unoquoque loculamento adfixa.

Obs. Floret Majo.

Distincta glabritie, colore, floribus pedicellatis et foliis.

H. coccinea prodr. p. 36. est *H. patens* LINN. cujus descriptionem dedi in *Obs. bot.* p. 77.

ventri. HAMELIA, racemis terminalibus
cosa. axillaribusve, corollis subcampanu-
latis ventricosis; foliis ternatis.
Prodr. p. 46.

Hamellia grandiflora. Hort. kew. I. p.
229. L'HERIT. *sert. angl.* tab. 7.

Campanula arborescens, foliis ovato-
acuminatis verticillatis ternatis, sti-
pulis acuminatis interpositis, capsu-
lis 5 - locularibus. BROWN. *jam.*
166. n. 1.

Nerio affinis arbor, versicolore mate-
rie, lauri folio lucido, flore 5 - pe-
taloide amplo sulphureo. SLOAN.
h. 2. n. 63. t. 183. f. 2.

Provenit in collibus et frutetis aridis
Jamaicae. h.

Arbuscula l. *Frutex* grandis.

Rami subdivisi, patuli, teretes, glabri.

Folia petiolata, ternata, ovata, acuminata, inte-
gra, nervosa, venosa, glabra, margine plerum-
que rubro - colorata.

Petioli breves, teretes, glabri.

Stipulae geminae petiolis interpositae, subulatae, aculeorum instar incurvae.

Racemi terminales, interdum axillares, compositi: *ramulis* 3-partitis, patentibus; *floribus* subsessilibus, subsecundis, nutantibus: unico medio axillari, subsessili ad divisuras ramulorum racemi.

Calyx 5-dentatus, superus; *dentes* ovati, acuti, persistentes.

Corolla subcampanulata, pollicaris, flava, ante explicationem 5-gona. *Tubus* basi ventricosus, dein paulo coarctatus, et tandem versus limbum patens, subtus gibbus. *Limbus* subinaequalis, 3-fidus: *Laciniis* patentibus erectis: duabus superioribus vix longioribus.

Filamenta 5. e basi corollae tubo adnata, corolla breviora. *Antherae* lineares.

*Germe*n subrotundum. *Stylus* superne incrassatus. *Stigma* lineare.

Bacca oblonga, obtuse 10-gona, calyce coronata, 5-ocularis, polysperma; matura coccinea.

Obs. Floret a mensibus Vernalibus in Autumnum.

S C H W E N K F E L D A.

Sabicea Prodr. p. 46. AUBL. *Guian.* 192.

Charaeter genericus:

vid. SCHREB. *Gen. pl.* n. 306. et p. 822.

Charaet. essentialis:

Bacca 5 - locularis, polysperma.

Corolla infundibuliformis. *Stigma* 5 - partitum.

Involucrum 4 - fidum.

(Flores monopetali, superi inter *Hameliam* et *Erithalem*.)

Involucrum 4 - fidum.

Cor. infundibuliformis. *Stigma* 5 - partitum.

Bacca 5 - locularis, polysperma.

Locus: post *Hameliam*.

Ordo nat. XLI. *Stellatae* V.

Juss. fam. plant. Cl. XI. Ord. II. *Rubiaceae* IX.

In memoriam Gaspari SCHWENKfeldi,
Silesii, Gryphimontani, dixit Ill. SCHREBER.
Auctor fuit Catalogi stirpium Silesiae omni-
um distinctissimi et uberrimi, "ubi earum-
dem etymon, natale solum, tempus. na-
tura,

tura, vires expertae aperiuntur." Lipsiae
1601. *Obiit* 1609.

Tab. X. Schwenkfeldiae:

- a.* Involucrum 4-partitum, 3-florum. m. n.
 - b.* Flos perianthio proprio. m. a.
 - c.* Corolla fissa. m. a.
 - d.* Pistillum c. calyce.
 - e.* Stamen. m. a.
 - f.* Bacca calyce coronata. m. n.
 - g.* Fructus transverse sectus. m. a.
-

hirta. SCHWENKFELDA, foliis ovato-lanceolatis acuminatis hirsutis, floribus subsessilibus. *Prodr.* p. 46.

Incolit sylvas montium *Jamaicae occidentalis.* h.

Frutex scandens, ramosus, caule ramisque striatis, hirsutis.

Folia opposita, petiolata, ovata, acuminata, nervosa, hirsuta.

Petioles breves, teretes, hirsuti.

Stipulae magnae, petiolis interpositae, latae, cordato-ovatae, membranaceae, albido-pallidae.

Pedunculi axillares, e sinu stipularum, petiolis breviores, umbelliferi.

Umbellulae triflorae. *Involucellum* monophyllo-4-fidum; *Laciniis* ovatis, patentibus, hirtis.

Flores pedicellati, albi, inodori.

Perianthium superum, 5-partitum: *Laciniis* lanceolatis, longis erectis, striatis, hirtis, persistentibus.

Corolla infundibuliformis: *Tubo* calyce duplo longiore; *Limbo* plano, 5-fido: *Laciniis* lanceolatis, patulis.

Faux hirsuta.

Filamenta subulata, tubo corollae inserta. *Antherae* lineares, longitudine filamentorum.

Germen inferum, ovatum. *Stylus* simplex, longitudine corollae. *Stigma* 5-partitum.

Bacca subrotunda, calyce coronata, 5-locularis, matura nivea. *Loculamenta* semilunaria.

Semina plurima, minuta.

Obs. Floret Aprili.

cinerea. SCHWENKFELDA, foliis oblongis acutis tomentosis subtus incanis; floribus sessilibus. *Prodr.* p. 46.

Sabicea cinerea. AUBLET. *Guian.* 192. tab. 75.

Habitat in sepibus *Cayennae, Guianae.*
(AUBLET. VON ROHR., e Museo BANKS.) h.

-
- Frutex* scandens, caule ramisque teretibus, hispida, ramulis sparsis, patentibus, tomentosis. *Folia* petiolata, opposita, decussata, oblonga acuta, viridi-tomentosa, subtus incana mollia, nervosa, venosa. *Petioli* breves tomentosi. *Stipulae* petiolis interpositae, latae, ovatae, membranaceae, villosae. *Flores* axillares, involucrati, 3-5-subsessiles, conferti, bracteis aliquot minutis albidis inter flores. *Involucellum* 4-partitum: *Laciniis* ovatis, albidis tomentosis. *Perianthium* villosum 5-partitum: *Laciniis* oblongis, acutis. *Corolla* alba: *Tubo* longo, extus hirsuto; *Limbo* 5-fido: *Laciniis* oblongis, acutis. *Filamenta* 5. brevia versus superiora corollae inserta. *Antherae* oblongae. *Germen* inferum, incanum. *Stylus* longus, filiformis. *Stigmata* 5, oblonga. *Bacca* orbiculata, laciniis calycis coronata, villosa, matura rubra (AUBLET.) 5-locularis. *Semina* plurima.

subiner. SOLANVM, caule subinermi fruticoso, foliis oblongo-lanceolatis integris glabris subtus incano-tomentosis. *Prodr.* p. 47. *Hort. kew.* p. 250. n. 17.

S. subinermis, caule subinermi frutescente; foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *JACQ. amer.* 50. tab. 40. f. 3. quoad folium.

S. laurifolium. *MILL. dict.*

S. frutescens americanum non spinosum, lauri folio, flore racemoso caeruleo. *HouST.*

Habitat in frutetis *Indiae occidentalis.* h.

Frutex 4 - 6 - pedalis, caule ramoso, tereti, laeviusculo farinoso-tomentoso, imprimis ramis.

Folia petiolata, alterna, ovata l. oblonga, utrinque acuminata, 3 - 4 - pollicaria, supra glabra, subtus magis minusve tomentosa.

Racemi pollicares, laterales, multiflori, pedunculis confertis, cymosis, unifloris.

Flores majusculi, caerulei.

Calyx 5 - fidus: *Laciniis* obtusis.

Corolla laciniis patentibus lanceolatis.

Filamenta brevissima. *Antherae* luteae.

Baccae globosae.

jamaicense. SOLANVM, caule aculeato fruticoso, foliis cuneatis medio latioribus obtusangulatis utrinque tomentosis; rhachibus calycibusque aculeatis: aculeis reflexis.

S. jamaicense. MILL. dict.?

Crescit in ruderatis *Jamaicae*, *Hispaniolae*. h.

Caulis orgyialis, ramosus, aculeatus: ramis flexuosis teretibus, tomentosis, aculeatis.

Folia geminata, alterna, brevissime petiolata, basi cuneata, versus superiora dilatata, angulata (angulis obtusis interdum oblitteratis;) apice acuta, margine integra, vix repanda, nervosa utrinque scabriusculo - tomentosa, subtus albidiora, nervo medio l. rhachi subtus aculeato.

Aculei validi, breves reflexi, pallidi.

Racemi laterales, foliis multo breviores, simplices, multillori: floribus pedicellatis, subcymosis; pedicelli racemi longitudine, distiche conferti, filiformes, uniflori, laxi, tomentosi, aculeati.

Perianthium 5 - dentatum, minutum, aculeatum.

Corolla parva, pallide caerulea l. alba: *Laciniis* reflexis subtus tomentosus.

Antherae conniventes, erectae, luteae, apice perforatae poro duplici, luteae.

Stylus antheris longior. *Stigma* incrassatum obtusum.

Bacca subrotunda, immatura viridis, nigro-venosa, dein nigra, glabra, apice puncto notata, magnitud. Ribis rubri.

OBS. Differt ab *S. Indico*: *foliis* angulosis absque sinibus, magisque tomentosus, *pedicellis* florum numerosis, *floribus* parvis, et imprimis *aculeis* subrecurvis.

S. tomentosum multum refert, sed folia in illo cordata, et aculei recti etc.

torvum. SOLANVM, caule aculeato fruticoso, aculeis curvis, foliis subcordatis ovatis sinuatis tomentosiss, rhachibus aculeatis; calycibus inermibus. *Prodrom.* p. 47.

Solanum indicum. LINN. *spec. pl. ed. I.* p. 187. secund. *Herb. Linn.*

Provenit in sepibus *Jamaicae*, *Hispaniolae*, *Insulis Bermudensibus*. h.

Frutex orgyialis, ramis teretibus, tomentosiss, aculeatis.

Aculei subulati, basi latiores, parum reflexi, quasi tomentossi.

Folia petiolata, alterna, saepe ex uno puncto gemina cordato-ovata, acuta, sinuato-angulata, (sinubus rotundatis, lobis acutiusculis) tomentosa e pilis brevissimis stellatis viridibus, subtus longioribus albidis, secundum rhachin aculeata.

Aculei sparsi distantes, e basi latiori, compressi, subulati.

Petioli teretes tomentossi, subtus aculeis sparsis rectis muniti.

Racemi laterales compositi, paniculaeformes, pedunculati, floribus pedicellatis cymosis.

Pedunculi et pedicelli teretes, inermes, tomentosi.

Calyx campanulatus, inermis, subvillosus, vix trilinearis, 5-fidus: *Lacinis* ovatis, acumina-
tis.

Corolla alba. *Tube* longitudine calycis. *Lim-
bus* patens, 5-fidus, diametro unciali.

Anterae flavae.

oBS. Variat *foliis* inermibus; *petiolis folijs* hinc inde aculeatis.

S. *indico* simillimum, sed differt *foliis* superne omnino inermibus, subtusque rachi sola aculeata; *racemis* ramosioribus et *calycibus* inermibus.

volubi. SOLANVM, caule aculeato - fruti-
 le. cofo scandente, foliis angulatis, pe-
 tiolis, rhachibus calycibusque acu-
 leatis. *Prodr.* p. 47. sub *S. scandente.*

Habitat in fylvis *Hispaniolae.* h.

Caulis fruticosus, scandens, *caule* ramoso tereti,
 aculeato.

Rami simpliciusculi, laxi, compressiusculi te-
 retes aculeati.

Folia petiolata, 3 - 4 . pollicaria l. spithamaea lan-
 ceolato - ovata, angulata, margine denticulata,
 supra aspera, subtus hispida pilis ferrugineis,
 nervosa nec rigida.

Petioli compressiusculi, retro - aculeati, ut et *ner-
 vus medius* foliorum.

Aculei parvi, recurvi.

Racemi laterales, cum petiolis alterni, foliis bre-
 viores, simplices, multiflori, laxi; floribus pe-
 dicellatis.

Pedicelli semipollicares alterni, approximati,
 uniflori.

Calyx 5 - gonus, 5 - dentatus, ferrugineo - pube-
 scens, aculeatus, reflexus.

Corolla 5 - partita, major, caerulefcens: *Laciniis* longis, fubtus tomentofis.

Filamenta vix ulla. *Antberae* longitudine corollae, erectae, contiguae, inferne craffiores, apice alternatae, poris duobus perforatis.

Germen ovatum. *Stylus* clavatus longitudine ftaminum. *Stigma* obtulum.

Bacca calyci perfiftenti infidens, umbilicata . . .

OB S. Nomen fpecificum mutare necelfe fuit, ut confufio cum *S. fcandente* *Suppl.* p. 147. evitetur.

micran- CORDIA, foliis ellipticis, acutis, in-
thus. tegris membranaceis venosis, race-
 mis compositis laxis. *Prodr.* p. 47.

Habitat in *Jamaicae* sylvis montium. h.

Frutex, arbuscula et arbor.

Rami cicatricati, teretiufculi, glabri.

Folia petiolata, alterna, lato-ovata, l. oblonga
 acuta, integra, membranaceo-rigidiuscula, ve-
 nosa, nervosa, glabra, nec nitida ut in *C. Col-*
lococco, semipedalia, subtus pubescenti-hispida.

Petioli mediocres.

Racemi terminales, compositi, dichotomi, foliis
 breviores, ramulis corymbosis, multifloris, *flo-*
ribus fere sessilibus, confertis, parvis, subse-
 cundis.

Calyx obtuse 5-dentatus, intus extusque pubescens.

Corollae tubus longitudine calycis, *Limbo* refle-
 xo, *Laciniis* acuminatis.

Filamenta subulata, villosa e fundo tubi, corolla
 plerumque longiora. *Antherae* ovatae.

Germen subglobosum rubrum. *Stylus* dichoto-
 mus l. bis bifidus corolla parum longior. *Sti-*
gmata obtusa, pubescentia.

Drupa subrotunda, acumine brevi, pulposa, vi-
 scosa, 1-sperma.

Nux 4-ocularis.

o B s. Differt a *C. Collococco* foliis basi apiceque
 minus attenuatis, subtus hispidis; *racemis* par-
 vis, floribusque multo minoribus.

elliptica. CORDIA, foliis oblongis apice attenuatis integris subcoriaceis; racemis compositis diffusis; drupis acuminatis. *Prodr.* p. 47.

Habitat in *Jamaica, Dominica.* (du PONTHEU.) h.

Arbor magna; *Trunco* crasso; *Ramis* patentibus.
Ramuli dichotomi, teretes, striati.

Folia petiolata, alterna, oblonga, basi vix acuminata, apice longiori lanceolato, alternata, integra, nervosa, venosa, utrimque glabra, nitentia subcoriacea.

Petioli semiteretes, superne canaliculati, glabri.

Racemi terminales, dichotomi, ramulis patentibus, *floribus* subsessilibus, secundis, majusculis, albis.

Calyx tubulatus ellipticus coriaceus, 2-5-fidus, persistens, glaber.

Corolla *Tubo* basi gibbo, calyce fere incluso:
Limbo 5-partito: *Lacinis* lineari-lanceolatis reflexis.

Filamenta e collo tubi, longa, barbata. *Antherae* oblongae, incumbentes, apicibus glandulosis.

Germen oblongum. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* dichotomum.

Drupa calyci aucto infidens, ovata, acuminata, femipollicaris, inaequalis.

Nux magna, ossea, rugosa.

OBS. Apud Gallos Indiae occidentalis arbor *Manjack* appellatur.

virgata. EHRETIA, foliis oblongis integris
superne scabris, ramis filiformibus;
pedunculis terminalibus sparsis uni-
floris, calycibus hirsutis. *Prodrum.*
P. 47.

Habitat in desertis *Hispaniolae*. h.

Frutex 7 - 8 - pedalis.

Rami ramulique longi divaricati stricti, versus
apices fere filiformes, teretes, scabri.

Folia petiolata, alterna, oblonga obtusa l. el-
liptica, integra, nervosa, venosa, convexiuscu-
la, aspera (aculeis minutissimis adpressis), sub-
tus pubescentia l. glabra. *Petioli* breves, te-
retes.

Pedunculi terminales, sparsi, ex continuatione
quasi ramulorum, stricti, erecti, pollicares,
uniflori.

Calyx tubulatus, 5 - fidus, extus pubescens l. hir-
tus: *Laciniis* brevibus ovato - acuminatis, ere-
ctis, persistentibus.

Corollae Tubus calyce 2 - plo longior subaequalis,
l. paulum a basi ad limbum ampliatus. *Limbus*
tubo multo brevior albidus: *Laciniis* subrotun-

dis, sibi invicem basi incumbentibus, subere.
ctis.

Filamenta longitudine tubi, illique inserta. *An-*
therae in fauce, oblongae, acuminatae, nigrae.

Germen subrotundum. *Stylus* stam. fere longior,
apice bifidus. *Stigmata* capitata.

Bacca subrotunda, calyci insidens, 4-sperma,
matura coccinea, cruciatim linea elevata no-
tata.

Semina bilocularia.

oBS. Floret Junio.

Distinguitur ab *E. Beureria*.

Statura minori et virgata; scabritie insigniori
foliorum; inflorescentia, quae in *E. Beu-*
reria, corymbosa.

VAR.

mirabi. VARRONIA, foliis ovatis rugosis
loides. ferratis, floribus racemosis secun-
dis, corollis hypocrateriformibus.
Prodr. p. 48..

V. mirabiloides, spicis subrotundis in-
aequalibus, corollis hypocraterifor-
mibus. JACQ. *amer.* 41. tab. 33. *bona.*

Incolit fruteta et petrosa graminosa
Hispaniolae. h.

Caulis 2-3-pedalis, frutescens, ramosus, ere-
ctus, hirtus, asper.

Rami erectiusculi, stricti, hirsuti (hirsutiae ad-
pressa).

Folia petiolata, ovata, acuminata, basi latiora,
ferrata, nervosa, venosa, hirta, aspera.

Racemi terminales, breves, saepe subdivisi mul-
tiflori, *floribus* sessilibus, secundis.

Calyx tubulatus, semi-5-fidus: *Laciniis* acumi-
natis, erectis.

Corolla hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus,
calyce 3-4-plo longior, teres, erectus. *Lim-
bus* rotatus, planus, 5-radiatus, 5-gonus.

Filamenta tubo prope limbum inserta, brevissima.

Antberae supra faucem, lineatae, caeruleae.

Germen oblongum. *Stylus* longitudine tubi apice 4-fidus, persistens. *Stigmata* simplicia, lutea.

Drupa subrotunda, parva, basi calyce cincta, rubra.


Nux subrotunda, nucleo solitario.

o b s. Floret Decembri et Januario.


Dent de Chien blanc a Gallis Domingensibus adpellatur.

Distinctissima sui generis.

Ardisia.



Cephalis



Schwenkfeldia.



A R D I S I A.

Character genericus:

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1735. AITON. *kew.*
3. p. 705.

Anguillaria. GAERTN. 77. SCHREB. *Gen.*
plant. n. 345.

Charact. essentialis:

Drupa monosperma. Cor. reflexa.

Stigma simplex.

(*Angiospermi, ante Varroniam.*)

Calyx 5-phyllus. — partitus.

Corolla reflexa. Stigma simplex.

Drupa monosperma.

Locus: inter Varroniam et Laugeriam.

Ordo nat. an. XII. Oleraceae. n.?

*Juss. fam. plant. incert. sedis: monopetalae ger-
mine supero.*

*Etymologia a Graeca voce Aedis, cuspis, ob
genitalia cuspidem quasi formantia.*

Tab. X. *Ardisiae:*

a. Flos. m. a.

b. Idem. m. a.

c. Corolla secta. m. a.

d. Pistillum. m. m.

e. Stamen. m. a.

f. Fructus. m. n.

g. Idem transverse sectus. b. Nux. m. n.

i. Nux cortice transverse diffracto. m. n.

k. Nucleus. m. n.

Tinifo. ARDISIA, floribus paniculatis, foliis ellipticis integris nervosis, caule arboreo. *Prodr.* p. 48. *Icon. fasc.* 3.

Jasminum forte arboreum, foliis laurinis obtusis. *SLOAN. hist.* 2. p. 98. *tab.* 105. *fig. rudis.*

Habitat in aridis submontosis *Jamaicae.* h.

Arbor. Truncus 15 - 25 - pedalis, strictus, cortice laevi, cinereo, rubro - maculato, ligno sanguineo.

Rami longi, laxi, subdivisi, glabri, fragiles.

Folia alterna, petiolata, ovata l. elliptica, obtusa, 2 - pollicaria, integra, leviter nervosa, nitida glaberrima, rigidiuscula.

Petioli mediocres, teretes, glabri.

Paniculae terminales, erectae, strictae, simpliciter subdivisae.

Flores pedicellati copiosi, pedicellis brevissimis, alternis, unifloris, coloratis.

Calyx 5 - partitus: *Laciniis* subulatis, erectis, coloratis, persistentibus.

Corolla laete rubra: *Laciniis* patulo-reflexis.

Filamenta basi tubi inserta. *Antherae* subsagittatae, apice circa stylum conniventes, luteae, apice loculis perforatis.

Stylus leviter ascendens, stam. longior.

Drupa globosa, glabra, magnitudine piperis nigri, rubra, monosperma.

Nux cortice fragili.

o B s. Floret mense Jul. et Augusto.

Vulgo appellatur a Jamaicensibus *Cherry Tree*, ob colorem ligni saturate sanguineum, non vero confundeuda cum *Ebretia Tinifolia*, pari denominatione in Insulis Anglicanis nota.

Lignum duritie carens, minus aestimatur.

coriacea. ARDISIA, floribus paniculatis, foliis oblongis integris aveniis coriaceis. *Prodr.* p. 48.

Habitat in Antillis. h.

Arbuscula.

Rami teretiusculi, inaequales striati.

Folia petiolata, alterna, oblonga, obtusa, integra, avenia, enervia, coriacea nitida, margine convexo.

Petioli femipollicares, teretiusculi, glabri.

Paniculae terminales, erectae, ramosae; *ramis* alternis, patentibus, multifloris: *floribus* sparsis, pedicellatis, majusculis, purpureo-coccineis.

Calyx pentaphyllus. *Foliola* subrotunda margine membranacea, persistentia, minuta.

Corolla subrotata, 5-partita.

Antherae erectae apice loculis perforatis, stylum cingentes.

Stylus filiformis, inclinatus. *Stigma* simplex.

Drupa

Obs. Simillima A. *Tinifoliae*, sed diversa fol. omnino aveniis, rigidis; nec non partibus floribus dissimilibus.

ferrulata. ARDISIA, floribus paniculatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis rugosis; caule fruticoso pubescente. *Prodr.* pag. 48. *Icon.* fasc. 3.

Celtis, folio citrei subtus aureo, fructu rubro. *PLVM. cat.* 18. ic. 80.

Habitat in *Hispaniola* ad fluviorum ripas graminosas. 4.

Frutex 2-3-pedalis.

Caulis erectus, teres, laevis ferrugineus, simpliciter subdivisus.

Rami teretes, ferrugineo-villosi.

Folia petiolata, alterna, basi cuneiformia ovata, acuminata, dentato-ferrata, nervosa crassiuscula, glabra, subtus ferrugineo-punctata.

Paniculae terminales: ramis alternis, horizontalibus, angulatis, ferrugineo-pubescentibus.

Flores terminales, conferti subumbellati, pedicellati.

Pedicelli colorati.

Calyx 5-partitus: *Laciniis* patentibus, coloratis.

Corollae atro - rubrae. *Tubus* vix ullus. *Lacinae* margine ciliatae.

Antherae conniventes, acuminatae, luteae.

Stigma album, persistens.

Drupa globosa rubro - sanguinea, tandem nigra.

Nux cortice duro. *Semen* intus albissimum.

Obs. Floret Majo, Junio.

lateri. ARDISIA, racemis lateralibus axillaribusve compositis, floribus umbellatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis, caule fruticoso. *Prodrom.* p. 48.

Provenit in *India occidentali* h.

Arbuscula.

Rami alterni, teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna, oblonga, acuminata, integerrima, nervosa, venosa, utrinque glabra.

Petoli marginati, canaliculati, subtus rotundati, breves, glabri.

Racemi laterales et axillares, foliis multoties breviores, compositi, ramulis sparsis; floribus terminalibus umbellulatis numerosis minutis, involucello polyphyllo minutissimo.

Calyx minutissimus, 5 - phyllus, persistens.

Corolla ad basin fere 5 - partita: *Laciniis* acuminatis, reflexis.

Filamenta 5. erecta. *Antherae* acuminatae, conniventes.

Germen subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* acutum.

Drupa globosa, rugoso - punctata, 1 - sperma.

parasi- tica. ARDISIA, racemis axillaribus simplicibus, foliis sessilibus lanceolato-ovatis lineatis; caule fruticoso. *Prodrom.* p. 48.

Crescit in truncis arborum versus jugum montium *Insulae Dominicanae*. (ANDERSON.) h.

Frutex parasiticus, ramosissimus.

Rami subdivisi, teretes, fragiles, glabri.

Ramuli tetragoni.

Folia lanceolata, l. lanceolato-ovata, acuminata integra, sessilia, fusco viridia, subtus pallida l. leucophaea, lineis nigris maculata, glaberrima.

Racemi simplices, axillares, foliis breviores, multiflori, erecti, filiformes; *floribus* pedunculatis minutis, bracteolis minutissimis ad basin pedicellorum.

Perianthium 5-partitum, persistens: *Laciniiis* ovatis, acutis, coloratis.

Corolla monopetala, purpureo-albida, subrotata, intus punctata: *Laciniae* subrotundae margine albae.

Filamenta brevia e tubo corollae. *Antherae* ovatae, emarginatae, apice coloratae divergentes.

Germen subrotundum. *Stylus* vix longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

Drupa globosa, pulchre punctata.

Nux fragilis.

lucida. LAVGERIA, foliis oblongis obtusis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. *Prodr.* p. 48. VAHL *Symb. bot.* 3. p. 40. tab. LVII. optima.

Provenit in frutetis *Jamaicae calidioris*, Inf. St. *Luciae*, St. *Crucis*. v. ROHR. h.

Arbuseula.

Rami teretes, glabri, patentes, *ramulis* compressiusculis.

Folia petiolata, opposita, oblonga, apice obtuso, integra, bi-triuncialia, vix nervosa, venosa, membranacea, utrinque glabra, lucida.

Petioli breviusculi.

Stipulae interpetiolares, ovatae, acutae, deciduae.

Racemi terminales, l. ex axillis foliorum terminalium, solitarii, interdum oppositi, foliorum longitudine, simpliciter dichotomi, l. bis bifidi, patentes, ramulis paulum reflexis.

Flores fere sessiles, simplici ordine, erectiusculi, secundi, albidi, odori; *unico* solitario in dichotomia racemorum.

Perianthium minimum, 5-dentatum, persistens: *dentibus* ovatis obtusis subincumbentibus.

Corolla infundibuliformis; *Tubus* calyce pluries longior, glaber. *Limbus* 5-partitus, tubo brevior: *Laciniis* planis, ovatis, obtusis.

Filamenta brevissima aut nulla. *Antherae* infra faucem tubi corollae insertae, oblongae, incumbentes.

Germen minutum, apice depressum. *Stylus* longitudine tubi, filiformis. *Stigma* crassiusculum, subcapitatum, bilobum.

Drupa oblonga, calyce minuto coronata, stylo persistente umbilicata, glabra, nigra.

Nux solitaria dura, oblonga, obsolete 3-gona, 2-locularis: *Loculis* inaequalibus, altero minore.

Obs. Descriptio fruticis *Ipotaraquapin* LOEFL. *it.* p. 170, n. 154. in plerisque convenit, sed spinosus dicitur, quod in *L. lucida* non observavi.

tomen. LAVGERIA, foliis ovatis acutis in-
 tosa. tegris subtus tomentosis, racemis
 dichotomis, drupis nuce biloculari.
Prodr. p. 48.

Incolit fruteta *Jamaicae occidentalis.* K.

Arbor l. *arbuscula*, humanae tripla altitudinis.

Rami subdivisi, teretes, pubescentes.

Folia petiolata, opposita, oblonga, acuminata,
 nervosa, integra, supra glaberrima nitida, sub-
 tus sericeo - tomentosa, mollia.

Stipulae deciduae.

Racemi terminales, dichotomi, erecti: *floribus*
 subsessilibus, erectis, secundis simplici ordine,
 albescentibus.

Calyx 5 - dentatus, minutus.

Corolla tubulosa *L. lucidae* similis, sed parum
 minor, limbo 5 - fido.

Filamenta tubo inserta. *Antherae* infra faucem.

Stigma capitatum, bifidum.

Drupa oblonga, acuminata, glabra.

Nux oblonga medio sulcata, bilocularis: *Locu-
 lis* monospermis.

OBS. Floret autumno, habitu et inflorescentia
Tournefortiis simillima.

hirtum. CESTRUM, floribus subspicatis axillaribus, foliis subcordatis acutis, subtus ramulisque hirtis. *Prodrom.* p. 49.

Habitat in sylvis *Jamaicae*. h.

Frutex biorgyialis, ramosus.

Rami teretes, glabri; *ramuli* versus apices hirsuti.

Folia petiolata, alterna, semipedalia basi subcordata l. omnino ovato-oblonga seu elliptica, acumine brevi integra, nervosa, venosa rugosiuscula, superne glabra, subtus hirta pubescentia. *Petioli* breves.

Spicae l. *racemi* axillares, breves, brevissime pedunculatae, *floribus* 4-6 confertis subsessilibus l. breviter pedicellatis, viridi-albidis.

Braeteolae nullae.

Calyx tubulatus, ovatus, obtuse 5-dentatus, persistens.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* longus, angustus. *Limbus* 5-fidus: *Laciniis* ovatis obtusis erectis conniventibus; absque denticulo inter lacinias.

Filamenta longitudine tubi, capillaria. *Antberae* subrotundae.

Germen ovatum. *Stylus* filiformis, simplex, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, crassiusculum.

Bacca ovata, nigra, pubescens, disperma.

o B s. Distinguitur a *C. nocturno* (cui proximum):

Foliis latioribus, majoribus, rugosis, subtus hirtis; *floribus* subspicatis confertis.

monopy. CHRYSOPHYLLUM, foliis obrenum. longis acuminatis, subtus tomentoso-aureis; fructu ovato monospermo. *Prodr.* p. 49.

Chrysophyllum, fructu minori glabro, foliis subtus ferrugineis. BROWN. *jam.* 171. 8.

Provenit in frutetis et collibus *Jamaicae* et *Hispaniolae*. h.

Arbor.

Rami patentes, alterni; *ramulis* flexilibus, declinatis, teretibus, ferrugineo-tomentosis.

Folia petiolata, alterna, oblonga, acumine brevi, integerrima, nervosa, nervis parallelis approximatis, superne glabra, subtus tomentosa ferrugineo-nitentia, (aurea,) subcoriacea.

Petioli teretes superne sulcati, pubescentes; vetustiores glabri.

Pedunculi laterales et axillares, conferti, fasciculati, semunciales, petiolis breviores, filiformes, uniflori, ferruginei. *Flores* parvi, ferrugineo-albidi.

Calyx 5-phyllus. *Foliola* subrotunda concava, parva, persistencia.

Corolla

Corolla campanulata 5-fida: *Laciniis* ovatis acutis, patulis, extus ferrugineo-nitidis.

Filamenta brevia infra sinus laciniarum, corolla breviora. *Antherae* cordatae, erectae.

Germen subrotundum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.

Bacca ovata, obtusa, caeruleascens, 1-sperma.

Seimen ovatum, compressum, nitidum nigrum, hilo obliquo et margine rugoso.

OBS. Fructus qui Jamaicensibus dicitur *Damson Plumb*, constanter monospermus invenitur.

microcar- CHRYSOPHYLLUM, foliis ova-
pum. tis glabris subtus pubescentibus,
 baccis oblongis obliquis mono-
 spermis. *Prodr.* p. 49.

Habitat in *Hispaniola* ad ripas flu-
 viorum. h.

Arbor Trunco excelso, cortice cinereo laevi.
 Rami stricti, patentés.

Folia petiolata, alterna, ovata, acumine brevi, in-
 tegra, nervosa, venosa, glabra, subtus palli-
 diora, leviter pubescentia. *Petioli* breves.

Pedunculi axillares, conferti 3-6, longitudine pe-
 talorum, uniflori.

Calyx 5-phyllus: *Foliola* ovata, incumbencia,
 fusca.

Corolla albida, C. *Cainito* parum major. *Tubus*
 calyce duplo longior, cylindræus, sericeus
 (oculo armato horsum vorsum hirsutus). *Lim-*
bus 5-fidus, (nec 10-fidus:) *Laciniis* erectis,
 concavis, obtusis.

Filamenta 5. brevissima, medio tubi inserta. *An-*
therae in concavitate laciniarum corollae recon-
 ditae, 3-gonae.

Germen subrotundum, l. oblongum, hirsutum.
Stylus crassus, brevis. *Stigma* obtusum, tuberculis 5 liquorem secernentibus.

Bacca oblonga, magnitudine *Grossulariae* minoris, oblique pedunculo infidens, carnosâ, monosperma, nitida, atra.

Semen oblongum, acuminatum, compressum, bilo obliquo.

OBS. Floret *Majo*. *Baccae* maturantur Novembri et Decembri.

Sapor fructus dulcissimus, *Hispaniolensibus* *Petit Caymite* dicitur.

Distinguitur a *C. glabro* L. et JACQ. quod *Statura* multo major, ut et *Folia* subtus pubescentia, pallidiora, quae in *C. glabro* utrinque glaberrima.

rugosum. CHRYSOPHYLLUM, foliis oblongis acuminatis utrinque glabris, fructu acuminato rugoso. *Prodr.* p. 49.

Habitat in sylvis montium *Jamaicae occidentalis.* h.

Arbor Trunco alto - 1 - 2 - pedum diametro.

Rami patentes, deflexi; *ramulis* teretibus laxis, glabris cinereis.

Folia petiolata, alterna, magna, oblonga, basi et apice acuminata, obtusa, integra l. margine undulata, membranacea, utrinque glabra, nec nervosa, postice venosa venis striatis, supra nitida, fusco virentia, subtus pallida.

Petioli crassiusculi, teretes, canaliculati, glabri.

Pedunculi conferti, axillares l. in ramis sub foliis brevissimi, inaequales, ante florescentiam convoluti, uniflori, ferruginei.

Flores parvi, vix magnitud. C. *Cainito*, albidi l. pallidi.

Cal. 5 - phyllus. *Foliola* subrotunda, concava, incumbentia, ferruginea.

Corolla 5 - partita. *Tubus* brevissimus. *Limbus* patens: *Laciniis* ovatis, obtusis: aliae *lacinulae*

5. *interiores* minutissimae (l. *Nectarium*) ad basin exteriorum, lineares, breviores, longitud. staminum.

Filamenta 5. corolla breviora, e basi tubi. *Antherae* ovatae, erectae, lutescentes.

Germen ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.

Bacca subrotunda, acuminata, magnitud. nucis avellanae majoris, rugosa, cute coriacea, fusco luteo, intus pulposa, latescens, polysperma.

Semina oblonga, ovata, compressa; cicatricula discolori marginali; nitida, nigra.

OBS. Nomen Jamaicensium: *Bullaple Tree*; floret Aprili, fructus maturescit Junio, carne insipida.

Distinctissima a *C. Cainito* et *glabro*, foliis, floribus et fructu.

B V M E L I A.

*Charaeter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1736.*Charaeter essentialis:**Drupa monosperma.**Corolla 5 - fida : nectario 5 - phyllo.*(Monopetali, angiospermi, ante
JACQUINIAM.)*Corolla 5 - fida : nectario 5 - phyllo.**Drupa monosperma.**Locus: pone Sideroxylon.**Ordo nat. XLIII. Dumosae, post Achradem.**Juss. fam. plant. Cl. VIII. Ord. XV. Sapotae.*

Nomen a PLINIO mutuatum, arboris cujusdam *grandis*. — Attributum huic generi idoneum, cujus plurimae species excelsae sunt.

Tab. VIII. *Bumelinae:*

- a. — *nigrae* Hos. m. n. b. Idem. m. a.
 c. Ejusdem corolla fissa, laciniis nectarii lateralibusque. m. a.
 d. Lacinia corollae seorsim, lacinulis lateralibus et foliolo nectarii cum stamine. m. a.
 e. Flos *B. montanae*. m. n. f. Ejusdem corolla.
 g. Ejusdem Hos. m. a. h. Corolla fissa. m. a.
 i. Pistillum generis c. calyce. m. a.
 k. Fructus forma. m. n. l. Nux. m. n.

nigra. BVMELIA, foliis terminalibus oblongo - lanceolatis glabris margine undulatis; ramis laxis, ramulis virgatis floriferis. *Prodr.* p. 49.

Achras? fructibus minoribus glabris per ramos sparsis, seminibus subrotundis, cicatricula minima ovata. BROWN. *jam.* 201. n. 6.

Incolit sylvas Jamaicae montosae. h.

Arbor excelsa:

Truncus valde rectus, cortice nigricante.

Rami laxi, divergentes, laeves; *ramuli* horizontaliter patentes, floriferi.

Folia subterminalia, in apicibus ramulorum, petiolata, sparsa, conferta, oblongo - lanceolata, integra, margine undulata, nervosa, venosa, glabra, persistentia, fusco - virentia.

Petioli teretes, longiores, tenuiores, unde folia pendula.

Pedunculi in ramulis infra folia, conferti, 4 - 6, $\frac{1}{4}$ pollicis longi, uniflori.

Calyx 5 - phyllus. *Foliola* ovata, concava, incumbentia, albida.

Corolla Tubo brevissimo. *Limbo* patente, 5-partito: *Laciniis* ovatis, concavis; *Squamulis* duabus lanceolatis ad basin laciniarum, minutis. *Nectarii* foliola lanceolata, margine undulata, longitudine staminum.

Filamenta subulata, corolla breviora. *Antherae* luteae.

Germen ovatum, superum. *Stylus* staminibus brevior. *Stigma* acutum, persistens.

Drupa subrotunda, glabra. *Nucleo* glaberrimo nigro, cicatricula (l. hilo) obliqua laterali.

OBS. Floret aestate; vulgo appellatur *Black-Bully-Tree*.

Truncus et Rami cortice vulnerato lactescunt.

Lignum durum praestans pro aedificiis.

Cortex in febribus intermittentibus, ut febrifugum, laudatur.

pallida. BVMELIA, foliis terminalibus ellipticis obtusis, pedunculis confertis lateralibus, ramis erectis. *Prodr.* p. 49.

Habitat in campestribus *Jamaicae*. h.

Arbor, Trunco mediocri, cortice cinereo albido.

Rami ramulique erecti, nec laxi.

Folia plerumque terminalia in ramulis, petiolata, sparsa, alterna, elliptica, obtusa, integra, nervosa, venosa, glabra, submembranacea, pallido-viridia.

Petioli longiusculi, teretes, glabri.

Pedunculi in ramulis conferti, laterales, breves, uniflori: *Floribus* luteo-albidis.

Calycis foliola duo parum majora.

Corolla fere ad basin 5-partita, sine squamulis.

Nectarii lacinae apice trifidae.

Filamenta longitudine corollae.

Stylus subulatus. *Stigma* acutum.

Drupa ovalis l. oblonga, 1. sperma.

OBS. Junio Julioque florens.

Cortex recens lactescit. *Lignum* inutile.

Sapor corticis amaro-adstringens.

Distinguitur a *Bumelia nigra*: (cui proxima)

• Quod *Arbor* minor cortice albescente. *Rami* strictiores. *Folia* oblonga. *Flores* majores. *Drupae* oblongae.

retusa. BVMELIA, foliis cuneato - ovatis retusis rigidis; pedunculis confertis axillaribus. *Prodr.* p. 49.

Acbras? fructu minori, glabro, foliis ovatis, floribus confertis alaribus. BROWN. *jam.* p. 201. n. 7.

Habitat in montosis *Jamaicae occidentalis*. h.

Arbor: Trunco mediocri. Rami laeves cortice cinereo.

Ramuli teretes, foliosi, floriferi.

Folia petiolata, sparsa opposita et alterna, cuneato - ovata, apice rotundato - retusa, integra crassiuscula rigida, nitida, viridia, subtus incana, ferrugineo - punctata.

Petioli breves, teretes, stricti.

Flores axillares pedunculati, parvi, albi; *pedunculi* conferti, breves.

Calycis foliola incana, scabriuscula.

Corolla et *Nectarium* ut in *Bumelia nigra*. *Stylus* corolla longior, persistens.

Drupa ovata, monosperma.

OBS. Floret vere et aestate.

Fructus immaturus lactescit, succo gummoso valde adstringente.

*Salici-
folia.* BVNELIA, foliis lanceolato - ova-
tis acuminatis, pedunculis confertis
axillaribus et lateralibus. *Prodrom.*
p. 50.

Acbras salicifolia. LINN.

Acbras? foliis oblongis nitidis utrin-
que productis, floribus confertis, fa-
sciculis infra frondes sparsis. BROWN.
jam. 201. n. 8. tab. 17. f. 4.

Salicis folio lato splendente arbor, flo-
ribus pallide luteis pentapetalis e
ramulorum lateribus confertim exe-
untibus. SLOAN. *jam.* 170. *hist.* 2.
p. 98. t. 206. f. 2.

Crescit in collibus aridis *Indiae occi-
dentalis.* h.

Arbor.

Truncus mediocris, laevis, cortice albescente; *ra-
mis ramulisque* erectiusculis.

Folia petiolata, alterna, sparsa, lanceolata l. la-
to - lanceolata fere lanceolato - ovata, integra,
nervosa, venosa, utrinque glaberrima, subni-
tida, margine saepissime livida.

Flores axillares et sub foliis in ramulis conferti pedunculati, parvi, albidi.

Pedunculi brevissimi, uniflori.

Calycis foliola ferrugineo - pubescentia.

Corollae tubus brevis; *squamulis* ad basin sub laciniis limbi.

Nectarii lacinulae longitudine tubi supra pistillum conniventes.

Antherae luteae. *Stigma* obtusum.

Drupa parva, oblonga extus succosa, saepe disperma.

o b s. Vere floret: *Truncus* ramique recentes lactescunt. *Cortex* adstringens, febrifugus. *Lignum* recens sanguineo - rubrum.

Nomen Incolorum Jamaicae: *Galimeta - Wood*, sive a cortice *White Bully - Tree*.

montana. *BUMELIA*, foliis oblongis obtusis,
na. pedunculis longioribus axillaribus
distinctis. *Prodr.* p. 49.

Incolit montes altiores *Jamaicae australis*. h.

Arbor.

Truncus mediocris, (interdum arbusculae).

Rami teretes, minutissime verrucosi, cortice
fusco - ferrugineo.

Folia petiolata, sparsa, alterna, oblonga, apice ob-
tusa, integra, convexiuscula, nervosa, venosa,
utrinque glabra, supra nitida.

Flores versus apices ramulorum, axillares, pedun-
culati.

Pedunculi fere longitudine petiolorum, teretes,
saepe solitarii, interdum plures (3 - 4,) minus
quam in reliquis conferti, uniflori.

Calycis foliola 5 - 8, subrotunda, concava.

Corollae Tubus basi ventricosus: *Limbi lacinae*
undulatae. *Squamulae* corollinae acutae.

Nectarii lacinulae apice conniventes.

Filamenta longitudine corollae.

Stylus staminibus brevior. *Stigma* incrassatum.

Fructum non observavi.

OBS. Augusto floret.

Vulgo appellatur: *Mountain Bully - Tree.*

penta- BVMELIA, foliis lanceolatis acumi-
gona. natis nitidis, pedunculis axillaribus,
 drupis pentagonis. *Prodr.* p. 49.

Habitat in jugis montis *Josephi* Insu-
 lae *Dominicae*. (du PONT HIEU.) h.

Arbor Trunco mediocri, ramis ramulisque pa-
 tentibus, teretibus, verrucosis, cinereis.

Folia petiolata, alterna, lato-lanceolata, acumi-
 nata, integra, venosa, utrinque glabra, nitida
 subrigida.

Pedunculi laterales et axillares, petiolis multo bre-
 viores, crassiusculi, uniflori. *Flores* albidi.

Calyx 5-phyllus, patens. *Foliolis* subrotundis
 membranaceis, villosis, albescentibus, persisten-
 tibus.

Corolla tubo brevi vix calyce longiore. *Limbus*
 5-partitus: *Laciniis* ovatis concavis patentibus.

Nectarium: *lacinulae* 5 ad basin filamentorum,
 corollae fere longitudine, lanceolatae.

Filamenta corolla breviora.

Germen subrotundum. *Stylus* subulatus, corolla
 longior. *Stigma* acutum.

Drupa calyci infidens, ovata, acuminata, glabra
 5-gona.

rotundi. BVMELIA, foliis suborbiculatis marginatis venosis coriaceis utrinque glabris. *Prodr.* p. 50.

Provenit rarius in frutetis montium
Jamaicae. h.

Arbuscula et Frutex.

Rami patentés, teretes, laeves, cinerei.

Folia petiolata, sparsa, opposita et alterna, subrotunda l. orbiculata, marginata, nervosa, venosa, utrinque glabra, nitentia, coriacea.

Pedunculi petiolis longiores, laterales et axillares, conferti, filiformes, uniflori.

Flores albidi.

Calyx 5-phyllus. *Foliola* minuta, subrotunda.

Corolla parva, 5-fida: *Laciniis* obtusis; *squamulis* duabus minutis ad basin laciniarum.

Nectarium ut in reliquis.

Germen subrotundum. *Stylus* subulatus, corolla longior. *Stigma* simplex.

Per.

Obs. Fructum non vidi, tamen ex habitu etc. speciem *Bumeliae* esse judicavi.

cuneata. BVMELIA, foliis cuneatis obovatis.

Habitat in frutetis montium *Jamaicae*
alibique in *India occidentali*. h.

Arbuscula l. *Frutex*.

Rami ramulique laxi, virgati, teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna, subinde plura in uno puncto conferta, l. ex eadem gemma exeuntia 3-4, cuneata obovata, integra, rarius apice emarginata venosa, utrinque glabra, nec nitida.

Petioli breviusculi, glabri.

Pedunculi praesertim versus apices ramulorum axillares l. etiam laterales, conferti 5-6, vix petiolorum longitudine, uniflori. *Flores* minuti.

Perianthium 5-phyllum. *Foliola* subrotunda, concava.

Corolla 5-partita: *Laciniis* foliolis calycis vix longioribus acuminatis; nectario l. *lacinulis* aliis interioribus minutis, acutis, infra limbum insertis.

Filamenta e medio tubi. *Antherae* ovatae, acutae.

Germen ovatum. *Stylus* brevis, crassus. *Stigma* obtusum.

Fructum videre non licuit, ad *Bumelias* tamen pertinere videtur frutex ob habitum et flores.

RHAM-

ellipti. RHAMNUS, inermis, floribus sub-
cus. 3-gynis hermaphroditis, fructibus
 trilocularibus, foliis ellipticis inte-
 gris, umbellis axillaribus. *Prodrom.*
 p. 50.

Rhamnus arborescens minor, foliis ova-
 tis venosis, pedunculis umbellatis ala-
 ribus; fructibus sphaericis. BROWN.
jam. 172. t. 29. f. 2.

Ceanothus reclinatus, foliis ovatis inte-
 gris, multinerviis, ramis depen-
 dentibus. L'HERIT. *Sert. Angl.*

Incolit fruteta montosa *Jamaicae*, in
 Insula *St. Bartholomei*. (FAHLBERG.) h.

Frutex subarborescens.

Rami teretes, alterni, inermes, subvirgati, saepe
 reclinati l. patentes, cortice glabro fu-
 sco.

Folia petiolata, alterna, elliptica, obtusa, inte-
 gerrima, nervosa, venosa, tenuiora, subtus
 pubescentia. *Nervi* approximati.

Petioli teretes, filiformes, longiusculi, glabri.

Pedunculi petiolis breviores, teretes, glabri, mul-
 tiflori: *floribus* pedicellatis in umbellulam dis-
 positis, viridi-albidis.

Squamulae aliquot minutae ad basin umbellularum.

Calyx basi circumscissus, limbo 5-fido, deciduo: *Laciniis* ovatis, patentibus.

Petala 1. *squamulae nectariferae* 5. inter lacinias calycis inserta, minuta, fornicata.

Filamenta longitudine petalorum, sub illis recondita.

Germen subrotundum, basi calycis 1. receptaculo insidens. *Stylus* ad basin 3-partitus. *Stigmata* obtusa.

Fructus basi calycis circumscissi insidens, sub-3-coccus, 3-locularis, epidermide exsucca tectus, illaque rupta in tres partes divisibilis, capsularum aemulas, intus et apice dehiscentes, dissepimentis membranaceis.

Semina solitaria, oblonga, compressiuscula, glabra, nigra.

OB S. Fructus maturus, epidermide exuta, supra medietatem transverse scissus, 3-capsularis 6-valvis videtur.

Maxime affinis *R. Colubrino*; qui vero differt ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-tomentosis, *Stylo* triquetro apice tantum 3-fido.

Habitus omnino *Rhamni* et fructus plurimum ejus specierum simillimus, ut hac ratione ad *Ceanothos* minime aleganda sit haec species.

Sphaero. RHAMNUS, inermis, floribus her-
Spermus. maphroditis racemulosis, baccis sub-
 rotundis trilocularibus pellucidis,
 foliis oblongis ferratis glabris. *Pro-*
drom. p. 50.

Habitat in frutetis montosis *Jamaicae*
temperatioris. h.

Arbor l. *Arbuseula.*

Truncus 10 - 15 - pedalis, cortice laevi.

Rami subdivisi, patuli, inermes.

Folia petiolata, alterna, oblonga, acuminata, in-
 aequaliter ferrata, nervosa, utrinque glabra,
 subtilissime venosa. *Petioli* teretiusculi, glabri.

Racemuli l. *pedunculi* axillares, petiolorum lon-
 gitudine, breves, erecti, multiflori, floribus
 pedicellatis, parvis, viridibus l. viridi-flavis.

Stipulae parvae acuminatae ad basin peduncu-
 lorum.

Calyx basi ovatus circumscissus, persistens, 5 - fi-
 dus: *Laciniis* acutis, patentibus, crassiusculis,
 deciduis.

Petala (l. squamulae petaloideae) minutissima,
 inter divisuras calycis subpedicellata, concava.

Filamenta 5. calyce breviora. *Antherae* subrotundae, 3-gonae, postice a squamis petaloideis tectae.


Germen subrotundum in fundo calycis. *Stylus* brevissimus, stam. brevior, trifidus. *Stigmata* obtusa, contigua.

Bacca sphaerica, subinde apice 3-fulca, piperis minoris magnitudine, calyci circumscisso persistenti insidens, pellucida, pallide viridis, mono- s. trisperma.


Semina oblonga, trigona.

OBS. Floret Augusto. Baccae maturant Octobri.

Ruyschia



Dichondra



Rochefortia



R V Y S C H I A.

Character genericus:

vid. JACQ. *am.* 75. SCHREB. *Gen. plant.* n. 363.
Souroubea. AUBL. 97.

Charact. essentialis:

Fructus (*Bacca?*) polyspermus.

Corolla reflexa. *Stylus* 0.

Calyx 5 - phyllus.

(Flores pentapetali, inferi pone *Vitem.*)

Calyx 5 - phyllus, bractea clavata subjecta.

Corolla reflexa. *Stylus* nullus.

Pericarp. polyspermium.

Locus: inter *Rhamnum* et *Ceanothum.*

Ordo nat. an XLIII. *Dumosae?*

Juss. *fam. plant.* incert. sedis: polypetali germinis supero.

In memoriam R V Y S C H I I hoc genus nominavit Ill. JACQVIN.

Tab. XI. *Ruyschiae clusiaefoliae:*

a. Flos. m. a.

b. Idem. m. a.

c. Flos inexplicatus bractea subjecta.

d. Petalum stamine bali adnato. m. a.

e. Germen et calyx. m. a.

f. Flos R. *Souroubeae* bractea 5-partita. m. n.

Clusiae RVYSCHIA, foliis obovatis integris aveniis; floribus bractea foliaria. *Prodr.* p. 50. JACQ. *am.* 75. tab. 51. f. 2.

Incolit truncos arborum in sylvis interioribus *Martinicae*. JACQ. h.

Suffrutex parasiticus, ramosus; ramis teretibus, glabris.

Folia petiolata, alterna, obovata, obtusa, integra, enervia, avenia, crassa, nitentia, glaberrima, pallide virentia 3-4-pollicaria. *Petioli* breves, plano-convexi.

Racemi terminales in ramis, simplices, pedales, erectiusculi, multiflori, *pedunculo communi* tereti crasso subsucculento, glabro; *floribus* sparsis, alternis, parvis pedicellatis: *pedicellis* brevibus 3-linearibus.

Perianthium 5-phyllum: *foliolis* ovatis, glabris, incumbentibus, persistentibus.

Foliola duo opposita sub calyce, illique adpressa, parva, ovata, inter quae *bractea* sessilis, obovata, acuta, crassa, deflexa, convexo-concava, *foliolis* lateralibus major, rubro-punctata.

Petala 5, ovata, calyce longiora, reflexa, crassiuscula purpurea, decidua. •

Filamenta 5, (6 - 7. JACQ.) longitudine petalorum, quibus basi inserta, latiuscula, erecta, purpurea. *Antherae* oblongae.

Germen ovato-subrotundum, 4-gonum. *Stylus* nullus, l. brevissimus, crassus. *Stigma* planoconvexum, 4-5-radiatum. (Cruciforme. JACQVIN.)

Fructus. *Bacca?* — ut videtur in germine immaturo bilocularis — polysperma.

OBS. Floret Aprili.

Sourou. RVYSCHIA, foliis obovatis emarginatis apice denticulatis venosis; floribus bracteis tripartitis. *Prodr.* p. 50.

Souroubea Guianensis. AUBL. *Guian.* p. 244. t. 97.

Logania pentacrina. SCOPOL. *introd.* gen. 1476. GMEL. *syst. nat.* II. p. 422.

Habitat in sylvis *Guianae*, ad ripas rivuli *Gallion* dicti. (AUBL.) (*Mus. BANKS.*)

Caulis sarmentosus teres ramosus: ramis longis divaricatis, flexilibus, declinatis, teretibus, fragilibus, cortice teneriori cinereo.

Folia petiolata, alterna, ovata, basi acuminata, apice emarginata, medio denticulo minuto mucronata, utrinque glabra, crassiuscula, carnosa.

Petioli breves teretes, superne canaliculati.

Racemi terminales, simplices, longi, multiflori.

Flores pedicellati, alterni, remotiusculi, majores.

Pedicelli pollicares, teretes, carnosissimi.

Calyx 5-phyllus. (5-6. AUBL.) **Foliola** subrotunda, concava.

Braëteae tripartitae, l. *Foliola* duo *lateralia* ad basin calycis opposita, calyce longiora, lanceolata, obtusa, concava, divergentia, deflexa, rubra; tertium *superius* cylindrico - clavatum tubulosum, coccineum.

Petala oblonga, reflexa, decidua, lutea.

Filamenta lutea basi latiora. *Antherae* fuscae.

Germen ovale, 5-gonum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* carnosum, planum 5-radiatum.

o b s. Descriptio cum specimine et observationibus Inventoris comparata.

Cyrilla. ITEA, foliis lanceolatis integerrimis. *Prædr.* p. 50. *Obs. bot.* p. 94. tab. IV. f. 1.

Itea Cyrilla, foliis integerrimis. L' HERIT. *stirp.* 6. p. 137. tab. 66. *Hort. kew.* 1. p. 277.

Cyrilla racemiflora. LINN. *Mant.* 50. JACQ. *ic. coll.* 1. p. 162.

Incolit montes nubigenas *Jamaicæ australis.* h.

Arbor 20. pedalis, l. *Arbustula*, l. *Frutex.*

Rami erecti, stricti, subdivisi, teretes.

Folia ut plurimum terminalia in ramis, petiolata, alterna, sparsa, lato-lanceolata, apice obtuso subemarginato, integerrima, vix nervosa, subtus venoso-reticulata, glabra, rigidiuscula, l. membranacea. *Petioli* breves, teretes, glabri.

Racemi conferti, fasciculatim sparsi in ramis l. inter folia, erecti, longitudine foliorum, simplices, stricti, multiflori. *Floribus* breviter pedicellatis, approximatis, minutis, albidis, bracteolis subulatis ad basin pedicellorum.

Periantbium inferum, 5-phyllum: *Foliola* minuta, lanceolata acuta, colorata. Duo minuta acuminata ad basin calycis, exterius.

Petala 5 - lanceolata, acuta, calyce vix duplo longiora, receptaculo inferta, patentia, decidua.

Filamenta 5. e basi corollae, longitudine petalorum, erecta, stylo contigua. *Antberae* oblongae, rubellae.

Germen superum, ovatum, minutum. *Stylus* flaminibus brevior, crassus, apice extimo bifidus l. *Stigma* obtusum emarginatum, l. bifidum; persistens.

Capsula minuta, oblonga, acuminata, bilocularis, polysperma vix dehiscens.

Semina minutissima, dissepimento, receptaculi instar, adsidentia.

OBS. Floret Augusto.

A genere *Iteae* non separanda. *Obs. bot.* l. c.

triandra. HIRTELLA, foliis oblongis acuminatis, racemis compositis laxis, floribus triandris. *Prodr.* p. 57.

Hirtella americana. JACQ. *amer.* p. 8. tab. 8.

Habitat in sylvis *Jamaicae*, *Hispaniolae*, *Martinicae* ad latera torrentium. h.

Arbor, Trunco mediocri 15 - 20 - pedali.

Rami patentés, ramulis teretibus, verrucosis.

Folia petiolata, alterna, ovato-lanceolata, acuta, integra, deflexa, 3 - 5 - pollicaria, nervosa, glabra nitida. *Petioli* brevissimi, glabri.

Racemi terminales, semipedales, compositi, laxi multiflori: *floribus* pedicellatis, alternis, approximatis. *Pedicelli* uniflori; *bracteolis* minutis basi subjectis.

Calyx inferus, 5 - partitus: *Laciniis* ovatis concavis, reflexis, persistentibus.

Petala calyce parum majora, alba, ovata obtusa, integra, unguibus calycis inserta.

Filamenta tria longissima, filiformia, erecta, tandem spiralia, basi latiora, connexa, nectarium

circa basin germinis quasi formantia, *spatio vacuo* ad alterum latus, quo rudimenta 2-5 filamentorum minorum margine inferuntur. *Antherae* parvae simplices, nigrae.

Germen superum, compresso-declinatum, hirsutum. *Stylus* longitudine staminum, e latere germinis ortus, inferne hirtus. *Stigma* obtusum viride.

Bacca sicca, obovata, magna, compressa, hirsuta, griseo-rufa.

OBs. Discrepat ab *Hirtella americana* L.:

Foliis longioribus, *racemis* subdivisis et *flor.* triandris etc. Hujus descriptionem vide in *Obs. bot.* p. 94.

paniculata. HIRTELLA, foliis ellipticis hirsutis nitidis subcoriaceis, racemis erectis, floribus pentandris. *Prodrom.* p. 51. VAHL *Symb.* 2. p. 43. t. 31. bona.

Habitat in Cayenna. (Mus. BANKS) h.

Arbuscula.

Ramuli teretes, stricti, hirsuti.

Folia petiolata, alterna, elliptica cum acumine brevissimo, integra, patentia, reflexa, nervosa, venosa, subcoriacea, nitida, pilis raris obsita.

Racemi axillares et terminales, simplices, erecti, subpaniculati, patentes, multiflori, hirsuti, 3-4-unciales.

Flores pedicellati; *pedicellis* subconfertis longioribus hirsutis.

Calyx 5-partitus, hirsutus, parvus, intus albido-tomentosus.

Petala 5-unguiculata, decidua.

Filamenta 5 longissima, filiformia, purpurea, inferne valde hirsuta, omnia fertilia. *Antherae* ovatae.

Germen ovatum compressum. *Stylus* lateralis, longitudine staminum, filiformis, basi hirtus. *Stigma* capillare.

Bacca sicca, obovata, hirta, monosperma.

Obs. Facile distinguitur ab *Hirtella americana*:
Racemis ad apices ramulorum confertis, paniculam quasi formantibus.

pendula. HEDERA, foliis ovato-lanceolatis integris, umbellis subcapitatis, pedunculis longissimis pendulis. *Prodrom.* p. 51.

Provenit in montibus altis *Jamaicae occidentalis*. h.

Arbuscula, Trunco 10-12-pedali, cortice laevi.

Rami patentes subdivisi: ramulis erectis teretibus, apice compressiusculis.

Folia petiolata, sparsa, alterna, opposita l. ternata, ovato-lanceolata, apice obtusa, vix nervosa, venosa, glaberrima, rigidiuscula.

Petioli longi, angulati, glabri.

Pedunculi axillares inter ramulos terminales, solitarii, penduli, longissimi, 1-2-pedales, teretes, striati, glabriusculi, nodulo in medio inaequali.

Umbellae simplices, terminales, subcapitatae, diametro saepe sesquiunciali, receptaculis convexis inferne concavis flores numerosos colligentes, pedicellis brevibus.

Perianthium Germen cingens, indivisum l. obtuse dentatum.

Petala

Petala 5 oblonga, acuta, patentia, pallida, apicibus incurvis.

Filamenta 5 subulata erecta patentia, corolla breviora. *Antherae* basi bifidae, ovatae, incumbentes.

Germen obtuse 5-gonum. *Stylus* simplex, brevissimus. *Stigma* obtusum.

Bacca calyce cincta, 5-sperma

Semina

o B s. Floret aestate s. mense Majo.

nutans. HEDERA, foliis ellipticis coriaceis, umbellis nutantibus hemisphaericis, pedunculis erectiusculis. *Prodr.* p. 51.

Provenit in montibus altissimis *Jamaicae australis*. Lecta in cacumine *Montium caeruleorum*. h.

Arbor Trunco 10-15-pedali, diametro 6-pollicari.

Rami teretes, sulcati, cortice cinereo.

Folia petiolata, subopposita elliptica, vix acuta, integra, venosa, subcoriacea, utrinque glabra, bipollicaria.

Petioli foliorum fere longitudine, teretes, glabri.

Umbellae pedunculatae subnutantes, simplices.

Pedunculi ex divisuris ramorum 3-4-pollicares, angulati, erectiusculi.

Involucrum nullum, sed *receptaculum* valde convexum, subtus concavum, margine dentatum, cui *pedicelli* uniflori, semipollicares ubique inferuntur; — capitula hemisphaerica formantes, unciam lata.

Calyx 5-gonus, 5-dentatus: dentibus obsoletis; persistens.

Petala ovata, acuta, reflexa, decidua.

Filamenta subulata; basi calycis inserta.

Stylus brevis, 5-angulatus. *Stigma* obtusum.

Obs. Differt ab *Hedera pendula*, cui simillima:

Foliis — *pedunculis* abbreviatis suberectis.

Umbellis minoribus.

capitata. HEDERA, foliis ellipticis integris,
ta. racemis compositis terminalibus, flo-
 ribus sessilibus capitellatis.

Hedera capitata. SMITH *icon. pict. rar.*
 figura optima.

Aralia capitata. Prodr. p. 55. JACQ.
amer. 89. tab. 61. AITON. *kerw.* I.
 p. 382.

Habitat in subalpinis *Antillarum, Ja-*
maicae etc. h.

Arbuscula 10 - 12 - pedalis; *Trunco* erecto, de-
 terminate ramoso, tereti; cortice cinereo - fu-
 sco.

Rami patentes, teretes, foliosi, saepe subdivisi,
 rugosi.

Folia versus apices ramulorum confertim sparsa,
 petiolata, obovata l. rhombea, acuminata, 3 -
 4 - pollicaria, integra, nervosa, venosa, rigi-
 diuscula, nitida.

Petioli longissimi, laxi, teretes, glabri.

Racemus terminalis, compositus, erectus, ultimis
 ramulis subangulatis, capitulis florum termina-
 tis, pedicellis teretibus.

Braëteae ad basin pedicellorum solitariae, concavae acutae, minutae.

Flores capitati, albidi, parvi, numerosi, calyculis monophyllis difformibus minutis infidentes, receptaculo paleaceo quasi aggregati.

Perianthium minimum, seu margo subinteger, vix 5 - dentatus, persistens.

Petala 5. margini perianthii inserta, oblonga, acuta, patula, albida, lineam longa, decidua.

Filamenta margini inter petala infidentia, illisque parum longiora, subulata, alba. *Antherae* ovaetae, erectae, flavae.

Germen inferum, turbinatum, glabrum. *Styli* 3 - 5 - contigui basi coaliti, breves, erecti, post anthesin reflexi, rigidi. *Stigmata* simplicia.

Bacca oblonga, margine calycis coronata, glabra, 5 - locularis. (Immatura observata).

o b s. Florentem inveni mense Februario.

Monente Cel. SMITH *Hederis* adjunxi hanc speciem, licet polygynam. Numerus vero Styliorum inconstans, et hi praeterea basi infima coaliti. Pericarpium immaturum 5 - loculare cernitur, idem quod in *Hederis* observavit Cel. GAERTNERVS. Nec

vetat habitus quin sub *Hederis* militare possit.

Pari modo huc referenda *Aralia arborea* LINN. 1. *Hedera* arbor. PLUM. ic. 148. cujus descriptionem ulteriorem dedi in *Obs. bot.* p. 119. In partibus fructificationis cum *Hedera capitata* exacte convenit, ideoque forte definienda:

HEDERA *arborea*, foliis ovatis, racemis terminalibus, floribus umbellulatis.

Scioda - HEDERA, foliis digitato - umbellaphyllum. tis, aliis minoribus centralibus; racemis compositis longissimis nutantibus.

Aralia Sciodaphyllum. Prodr. p. 55.

Sciodaphyllum, foliis majoribus oblongis, petiolis communibus umbellatis affixis; floribus spicatis. BROWN. *jam.* 195. tab. 19. f. 1.

Habitat in sylvaticis montium altissimorum Jamaicae in Montibus caeruleis. h

Arbuscula.

Caulis 8 - 10 - pedalis, diametro unciali, rarius biunciali, cortice sulcato - inaequali cinereo; substantia fragili suberosa, apice subdivisus.

Rami subdivisi, patuli, laeves; *ramulis* versus apices foliosis; vaginatis, crassiusculis.

Folia petiolata, terminalia in ramulis, sparsa, alterna, digitata; *Foliola* 8 - 10 umbellae instar, petiolo communi apice adfixa, petiolulata, ovato - lanceolata, acuminata, integra, nervosa, venosa, utrinque glabra.

Foliola aliquot, exterioribus 3 - plo minora conformia, e centro majorum proveniunt.

Petioli communes longissimi, 5 - 10 - unciales, basi appendiculati, vel vaginis postice medio adnati, teretes, striati, glabri; *partiales* inaequales, unciales l. sesquiunciales, (interioribus brevioribus,) teretes, glabri.

Vaginae semiamplexicaules, liberae, ovatae, obtusae, glabrae, coriaceo - membranaceae, fuscae.

Racemi terminales, axillares, solitarii, longissimi pedales, basi vaginantes, crassi, tereti - sulcati, nutantes, viridi - rubri, incani, compositi

Umbellulis pedunculatis, sparsis, numerosissimis, approximatis, patentibus, 6 - 10 - floris. *Pedunculi* umbellularum semunciales, teretes, crassiusculi, horizontaliter racemo insidentes.

Involucellum squamosum: *squamis* 6 - 8 sub umbellulis, imbricatis, minutis, ovatis, acutis, adpressis, incanis. *Flores* pedicellati: *pedicellis* brevissimis, unifloris.

Perianthium superum, 5 - dentatum: *dentibus* acutis minutis.

Corolla obverse campanulata, inter dentes calycis et stamina adfixa, calyptrae instar circumscissa, juxta florescentiam decidua l. apice in 2 - 5 -

partes difformes dehiscens, pallida, l. pallide viridis.

Filamenta 5 brevissima, dentibus calycis longiora, subulata, margini perianthii carnosif inferta.

Antberae oblongae, incumbentes, purpureae.

Germen subrotundum, glabrum, calyce cinctum.

Styli 5. subulati, contigui. *Stigmata* obtusa.

Bacca oblongo-subrotunda, 5-gona, 5-sulcata, calyce coronata, 5-ocularis.

Semina solitaria, oblonga, compressa, fusca.

OBS. Floret Februario.

Conformitas inflorescentiae et floris hanc plantam valde singularem ad idem genus ac *H. arborea* et *capitata* reducere jubet.

*altissi-
ma.* ACHYRANTHES, caule suffruti-
coso scandente, paniculis termina-
libus axillaribusque ramosis. *Prodr.*
p. 51. VAHL. *symb.* 2. p. 43. JACQ.
amer. p. 81.

Amaranthus americanus altissimus lon-
gifolius, spicis e viridi albicanti-
bus. PLUM. *sp.* 6.

Blitum album majus scandens. SLOAN.
bist. 2. p. 142. t. 91. f. 2.

Celosia major farmentosa assurgens.
BROWN. *jam.* 192. n. 2. ?

Celosioides frutescens scandens. LOEFL.
it. p. 307.

Habitat in sylvis montium *Jamaicae*. h.

Caulis fruticosus altissime inter arbores scandens,
ramis patulis divaricatis declinatis herbaceis, te-
retibus, striatis, glabris.

Folia alterna, petiolata, ovata acuminata integra,
nervosa, venosa, glabra 3-4-pollicaria, ad se-
mipedalia.

Petioli longi, canaliculati, glabri, rubri.

Spicae paniculatae, axillares et terminales sessiles
alternae, ramosae, *ramis* subsimplicibus.

Flores 3-5 alterne conglomerati, viridi-albidi; *bracteis* 3. ovatis, acutis, minutis, sub calycibus florum.

Perianthium 5-phyllum: *foliulis* lanceolatis, patentibus, persistentibus, rigidis.

Petala nulla. *Nectarium* membranaceum integrum germen ambiens, cui margine inserta

Filamenta 5, subulata, longitudine calycis, *Antherae* subrotundae.

Germen globosum. *Stylus* filiformis, apice bifidus. *Stigmata* simplicia, obtusata, pubescentia.

Capsula globosa, parum compressa, initio calyce cincta, unilocularis, versus basin circumscissa.

Semen unicum, reniforme, compressiusculum nitidum atrum, *arillo* spongioso, diaphano albo succoso versus solem micante, deciduo, involutum.

OBs. Differt, ut monuit Cel. LOEFLING, caractere et a *Celosia* et ab *Achyranthe*, sed media est inter utramque; habitus vero potius hujus.

Toto anno florentem reperi.

armata. GARDENIA, spinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis linearibus cuneiformibus, floribus confertis. *Prodr.* p. 51.

Mussaenda spinosa; floribus sessilibus aggregatis. JACQ. *amer.* p. 70. t. 49.
LINN. *syst. pl. Reich.* I. p. 489.

Habitat in *Guiana*; prope *Carthagenam*
Amer. merid., Martinica, Lucia. h.

Arbuscula.

Rami brachiati, subvirgati, teretes; cortice cinereo glabro, subdivisi: *ramulis* apice spinosis.

Spinæ quaternæ, subulatae, cruciatae, patulae.

Folia petiolata, terminalia, ad apices ramulorum inter spinas, ovata utrinque acuta, integra, nervosa, venosa, subrugosa, pubescentia l. glabra.

Flores ex apicibus ramulorum, 4-6 conferti, sessiles, pollicares, albidi, odori, decidui.

Perianthium 5-partitum: *Laciniis* linearibus cuneiformibus, glabris, erectis.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* longus, cylindraceus, angustus, glaber. *Limbus* 5-parti-

tus: *Laciniis* ovato-lanceolatis, glabris, patentibus.

Filamenta nulla. *Antherae* fauce infra divisuras laciniarum insertae, ovatae.

Germen inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* globosum, 2-lobum, l. bilamellatum.

Bacca ovalis, magnitudine ovi columbini, calyce coronata, glabra, corticosa, intus pulposa, bilocularis: *dissepimento* membranaceo.

Semina plura, subovata, cartilaginea, compressiuscula, pulpa obvoluta.

Obs. Maxime affinis *Gardeniae uliginosae* LINN. sed differt:

Foliis membranaceis acutis;

Calyce ad basin fere 5-partito: *Laciniis* lineari-cuneiformibus;

Tubo corollae longo, laciniis acutis.

Fructus omnino *Gardeniae*, non *Mussaendae*.

Randia. GARDENIA, spinis ramulorum terminalibus binis, foliis ovato-subrotundis, corollis hypocrateriformibus. *Prodr.* p. 52.

Randia aculeata, ramis bispinosis. LINN.

Randia, foliis subrotundis confertis, summis ramulis bispiniferis, floribus solitariis. BROWN, *jam.* 143. t. 8. f. 1. mala secund. spec. cultum.

Lycium forte, foliis subrotundis integris, spinis et foliis ex adverso sitis. SLOAN, *jam.* 171. *hist.* 2. tab. 2. f. 4.

Lycium majus americanum, jasmini flore, foliis subrotundis lucidis. PLUK. *alm.* 234. t. 97. f. 6.

Incolit arida fruteta *Indiae occidentalis*. h.

Frutex saepe orgyialis, ramosissimus.

Rami oppositi, patentes, stricti, 4-goni, glabri.

Ramuli breves, decussati, patentes, apice 2-spinosi.

Spinae semipollicares, subulatae, patentes rigidae.

Stipulae minutae, petiolis interpositae, ovatae, acuminatae, membranaceae.

Folia petiolata, opposita, 2-3 conferta, basi cuneata, subrotunda, l. ovato-subrotunda, obtusa, integra, utrinque glabra, venosa.

Flores solitarii sessiles in axillis foliorum, albi.

Calyx superus, minutus, 5-dentatus: *dentibus* subulatis.

Corolla tubulosa, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus femipollicaris. *Limbus* 5-partitus: *Laciniis* ovato-lanceolatis, patentibus, latere altero incumbentibus.

Faux villosa, l. ciliata.

Filamenta 5-rarius 4. medio tubo in villo affixa.

Antherae lineares, pallidae in fauce.

Germen inferum, ovatum. *Stylus* corolla longior, apice bifidus. *Stigmata* fusca.

Bacca subrotunda, vestigio calycis in vertice notata, magnitudine saepe Cerasi minoris, corticosa, intus succosa, 2-locularis, polysperma: *dissepimento* tenuissimo, in fructo immaturo evidentiore.

Semina 6-8 subrotunda, compressa, pulpa cincta.

Hujus varietas

mitis. b) GARDENIA, foliis subovalibus.

Prodr. p. 52.

Randia mitis. LINN.

Cacao affinis frutex spinosus, Jycii
facie, jasmini flore albo. SLOAN.

jam. 135. *hist.* 2. p. 18. t. 161. f. 1.

Differt ab a) quod

Statura major.

Rami crassiores, minus patentés, raro spinosi,
sed undique tuberculati ad insertiones petiolo-
rum.

Folia majora, elliptica.

Flores interdum duplo majores, rariores.

Obs. Propter succum, quo scatent Baccae ma-
turae, caeruleo-nigricantem, fructum ap-
pellant Incolae Jamaicensés *Inkberry* l. *In-*
digoberry. (Baccae atramentariae l. colo-
ris Indigo.)

Affinitatem *Randiae* cum *Gardeniis* in *Obs.*
bot. p. 61. indicavi.

ECHI.

domin- ECHITES, pedunculis racemosis,
gensis. foliis cordato - ovatis rigidiusculis
subtus discoloribus; caule volubili.
Prodr. p. 52.

E domingensis, pedunculis subtrifloris;
foliis ovato - oblongis scabriuscu-
lis, caule volubili. JACQ. icon.
rar. *Coll.* vol. I. p. 73.

Habitat in frutetis maritimis *Jamaicae*
et *Hispaniolae*. h.

Caulis suffruticosus volubilis, ramosus, teres pu-
bescens.

Rami filiformes, teretes, hirti.

Folia petiolata, opposita, magis minusve cordato -
ovata, acuta, integra, nervosa, venosa, glabra,
subtus pallida, ferruginea, pubescentia.

Petioli breves, pubescentes.

Pedunculi axillares, foliis longiores, subracemosi,
2 - partiti, saepe multiflori.

Flores magni, flavi, odorati.

Calyx 5 - partitus: *Laciniis* subulatis, erectis, hirtis.

Corollae *Tubus* basi cylindraceus brevissimus, me-
dio dilatatus, ventricosus; *Limbus* 5 - partitus:

Laciniis obliquis obtusis undulatis. *Faux* magna intus villosa 5 - gona, extus sulphurea.

Filamenta brevissima medio tubi inserta. *Antherae* filiformes, spiraliter tortae, apicibus conniventibus.

Germina duo; *Glandulis* 5 subrotundis luteis nectariferis, cincta. *Stylus* brevis. *Stigma* capitatum, 2 - fidum.

Folliculi

Obs. Assimilatur *E. suberectae*; distinguitur vero figura foliorum.

asperu- ECHITES, pedunculis racemosis, fol-
ginis. liculis filiformibus; foliis oblongis
 acutis, superne asperis, caule vo-
 lubili. *Prodr.* p. 52.

Apocynum scandens, filiquarum extrema
 parte vestibus haerente. PLUM.
ic. 26.

Incolit fruteta siccissima *Jamaicae*, *Hi-*
spaniolae. h.

Caulis scandens, volubilis, inferne suffrutescens,
 filiformis, laxis, teres, hispidus, nitens, atro-
 caeruleus l. rubens.

Folia petiolata, opposita, oblongo-lanceolata,
 integra, nervosa, venosa, rigidiuscula, superne
 pilis adspersa, adhaerentia, subtus glabra.

Petioli semipollicares.

Pedunculi laterales, petiolis oppositi; foliis 2-3-
 plo longiores, erecti, teretes, apice subdivisi,
 4-6 flori, asperi: *pedicelli* uniflori.

Calyx 5-fidus: *Lacinis* lanceolatis erectis, gla-
 bris.

Corolla hypocrateriformis, alba. *Tubus* tereti-5-
 gonus, calyce duplo longior, limbum versus

paulum coarctatus. *Limbus* patens, 5-fidus:
Laciniis ovatis obtusis, contortis.

Filamenta brevissima, e medio tubi. *Antberae*
ovatae, acuminatae, pallidae.

Germen didymum, ovatum. *Stylus* teres. *Sti-*
gma capitatum, basi annulatum; bifidum.

Folliculi duo, teretiusculi, filiformes, asperi,
nutantes.

Semina papposa.

o B s. Floret Majo. *Caulis* dum frangitur, la-
ctescit.

Diversa ab *E. adglutinata*, cui assimilatur:
illa vero distinguitur *foliis emarginatis* cum
acumine, nec pilis adhaerentibus vestitis,
et *folliculis* divaricatis.

circina. ECHITES, pedunculis axillaribus articulatis multifloris, laciniis corollae undulatis; foliis ellipticis, caule volubili. *Prodr.* p. 52.

Habitat in sepibus montosis *Hispaniolae*. h.

Caulis volubilis, subdivisus, superne herbaceus, foliosus, glaber.

Folia opposita, petiolata, elliptica, integra, nervosa, venosa, utrinque glabra, subconvexa.

Pedunculi 3 - pollicares, axillares, erecti; multiflori, ad quemcunque pedicellum quasi articulati, 3 - bus *bracteis* minutis, pedicello oppositis.

Flores alterni, pedicellati, plerumque duo conferti, albi, parvi.

Calyx 5 - dentatus: *dentibus* acutis, erectis, adpressis.

Corolla tubo 5 - gono, medio parum ventricoso. *Limbus* 5 - partitus, contortus, patens: *Laciniis* apicibus attenuatis, undulatis, spiralibus, tortis. *Faux* villosa.

Filamenta 5. in medio tubi. *Antherae* sagittatae.

Germinalia duo. *Stylus* crassus. *Stigma* annulatum, bifidum.

Folliculi duo

OBS. Floret Junio.

flori- ECHITES, racemis compositis co-
bunda. rymbofis, foliis ovatis acuminatis,
 nervis parallelis; ramis erectiusculis.
Prodr. p. 52.

Incolit fruteta montium *Jamaicae*. h.

Frutex.

Rami teretes, apice compressiusculi erectiusculi non volubiles sed flexiles, tenaces, laxi, inter fruteta subscandentes; glabri, superne fulcati, saepe rubro-colorati,

Folia petiolata, opposita, ovata, brevi acumine, integra, nervosa (nervis parallelis non elevatis) nitido-glabra, subtus pallidiora, rigidiuscula sublaurina. *Petioli* breves.

Racemi axillares, compositi, corymbum formantes foliis breviorum.

Flores albidi, parvi.

Calyx 5-dentatus: *dentibus* acutis.

Corolla tubo brevissimo, cylindraceo. *Limbus* reflexus *Laciniis* longitudine tubi, acuminatis.

Filamenta e basi tubi. *Antherae* limbo reflexo duplo altiores conniventes, sagittatae, acuminatae, connexae.

Stigma capitatum, 2 lobum intra tubum antherarum.

OBS. *E. corymbosae* L. proxima; sed differt praecipue:

Foliis nervosis, nervis parallelis.

Floribus albidis.

discolor. TABERNAEMONTANA, foliis oppositis ovato-lanceolatis, pedunculis axillaribus bifloris. *Prodr.* p. 52.

Habitat in *Jamaicae* frutetis. h.

Frutex orgyialis, cortice glabro, cinereo.

Rami subdichotomi, patentes, teretes, *ramulis* 4-gonis, glabris.

Folia petiolata, opposita, ovato-lanceolata, integra, levissime nervosa, utrinque glabra, saturate viridia, subtus pallida.

Petioli mediocres, angulati, glabri.

Pedunculi terminales, filiformes, semipollicares, 2-flori: *pedicelli* pedunculis longiores, uniflori.

Flores exalbidi l. lutescentes, parvi.

Calyx 5-fidus: *Laciniis* erectis, acutis.

Corolla Tubo semipollicari, basi et medio ventricoso. *Limbus* 5-partitus: *Laciniis* subrotundis, undulatis, tortuosis.

Filamenta tubo medio inserta. *Antherae* ovatae, intra tubum.

Stigma capitatum.

Folliculi duo immaturi observati.

Semina inter pulpam.

DIGYNIA.

crispi. CYNANCHUM, caule volubili, fo-
florum. liis oblongis cordatis: sinu clauso,
subtus villosis; petalis apice crispis.

Prodr. p. 52.

Periploca florum divisuris circinatis et
crispis. PLUM. ic. 216. f. 1.

Habitat in *Jamaicae* frutetis ad *Isthmum*
Darien. 4.

Caulis teres volubilis, 2-pedalis, pubescens.

Folia petiolata, opposita, oblonga, cordata sinu clauso angusto; acuta, integerrima, spithamaea obscure viridia, nudiuscula, subtus pallida, villis molliibus tomentosa.

Petioli foliis triplo breviores.

Glandulae nonnullae ad sinum baseos subulatae, vix lineam longae.

Pedunculi communes, axillares, teretes, foliis parum breviores; multiflori: *floribus* subsessilibus, majoribus.

Calyx 5-phyllus. *Foliola* oblongo-lanceolata acuta patenti-reflexa, pubescentia, bilinearia.

Corolla Tubo brevi, pentagono. *Limbus* 5-partitus. *Laciniae* ovatae, albidae, versus basin lineis viridibus pictae, leviter pubescentes, ascendentes, calyce duplo longiores, altero latere prope apicem contortuplicatae, marginibus infra medium deflexis.

Genitalia ut in congeneribus.

parvi-florum. CYNANCHVM, caule volubili filiformi, foliis ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. *Prodr.* P. 53.

Periploca scandens, nummulariae folio, flore albo. *PLVM. ic. 215. f. 1.*

Apocynum myrti tarantinae folio, nervo medio in apicem abeunte. *Houst.*

Habitat in frutetis sylvaticis montosis *Indiae occidentalis. h.*

Caulis fruticulofus, longissimus, volubilis, strictus subdivisus, obtuse 4-gonus, glaber; *ramis* filiformibus, oppositis, divaricatis, volubilibus, glabris.

Folia remota, petiolata, opposita, ovata, apice acumine brevissimo rigido subulato, integra, enervia, avenia, utrinque glabra.

Flores umbellulati, parvi, albidi, virescentes.

Umbellulae subsessiles l. brevissime pedunculatae, axillares, multiflorae, *floribus* 6-8-pedicellatis, minutis.

Pedicelli breves, uniflori.

Calyx 5 - dentatus: *Laciniis* brevibus, acutis.

Corolla ad basin fere 5 - partita, patens.

Nectarium monophyllum cyathiforme, 5 - fidum.

Corpus genitalium cylindrico - subrotundum, 5 - gonum, 5 - canaliculatum etc.; ut in caeteris *Asclepiadeis*.

Per. non vidi.

vimina. ASCLEPIAS, caule suffrutefcente
lis. volubili filiformi, foliis oppositis
 lanceolatis glabris, umbellis latera-
 libus multifloris. *Prodr.* p. 53.

Apocynum scandens, foliis lauri, flore
 albo, umbellato. *PLUM.* 20. *ic.* 27.
 f. 2.?

Apocynum fruticosum scandens, geni-
 stae hispanicae facie, floribus la-
 cteis odoratis. *SLOAN.* *jam.* 89.
hist. 1. p. 207. t. 131. f. 1.

Asclepias funiculacea laete scandens,
 foliis rarioribus cordato - lanceola-
 tis, floribus umbellatis. *BROWN.*
jam. p. 184. n. 3.

Asclepias foliis oblongo - lanceolatis,
 caule fruticoso scandente, umbellis
 lateralibus congestis. *HOUST.*

Asclepias scandens. *MILL.*

Habitat inter fruteta sabulosa arida jux-
 ta rivos *Jamaicae australis*. In cam-
 pis saepe inundatis prope *Morant -*
Bay. 4.

Caulis suffruticosus, filiformis, longissimus, vo-
 lubilis, subdivisus, teres, glaber, laete virens,
 tenax lactescens.

Rami axillares, volubiles, glabri.

Folia petiolata, opposita, lanceolata acuta, subinde latiuscula, patentia, venosa, utrinque glabra.

Flores umbellati, parvi. *Umbellae* pedunculatae, 10 - 12 - florae.

Pedunculi communes foliis oppositi, et longiores, solitarii. *Pedicelli* florum pedunculis breviores, uniflori. *Involucellum* nullum.

Calyx 5 - phyllus. *Foliola* minora, acuta, patula, persistentia.

Corolla alba, plana, ad basin 5 - partita: *Laciniis* ovatis acutis concavis crassiusculis, margine ciliatis, intus niveis.

Nectaria 5. circa corpus genitalium sessilia, ovata, conica, nivea, nitida, basi versus fundum aperta (absque corniculo,) intus nectarifera.

Corpusculum in medio, cylindricum 5 - gonum, apice brevissime acuminatum; *squamulis* 5 lateribus tectum, separatis l. distinctis a rimis 5 longitudinaliter dehiscentibus, supra quas glandulae 5 nigrae minutae, quibus adfiguntur *pedicelli* gemini glanduliferi, dependentes in rimas sub squamis.

Germinae duo acuminata. *Styli* duo breves, acuminati intra corpusculum. *Stigmata* simplicia, obtusa.

Folliculi duo, oblongi, acuminati, patuli, basi compressi, ventricosi, incano-pubescentes, bivalves.

Semina papposa.

● B S. Mensibus vernalibus florentem reperi.

M I C R O T E A.

*Charaeter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1739.*Charaeter essentiulis:**Semen* unicum subglobosum, cortice coriaceo echinato tectum.*Calyx* 5 - phyllus, patens.*Calyx* 5 - phyllus, patens. *Corolla* nulla.*Drupa* sicca, echinata.*Locus*: ante *Salsolam*.*Ordo nat.* XII. *Oleraceae*, inter *Salsolam* et *Betam*.*Juss. fam. plant.* Cl. VI. *Ord.* VI. *Atripices* III.*Nomen* a *Μικροτης* parvitas, ob partes fructificationis minutas.Tab. XII. *Microteae*:

- a. Flos. m. a. b. Idem. m. a.
 c. Idem foliolis calycinis situ naturali. m. a.
 d. Stamen. m. a. e. Pistillum. m. a.
 f. Fructus. m. n. g. Idem. m. a.
 h. Fructus transverse sectus.
 i. Semen l. Nux. m. a.

debilis. MICROTEA. *Prodr.* p. 53.

Schollera. *Act. soc. h. n. Hafn.* 2. p. 210.

Habitat in *India occidentali*, Insulisque
Caribaeis: Grenada, (de PONTHEU.)
St. Eustathii, (MASSON.) Guadaloupe.
(v. ROHR.) ☉.

Planta pedalis, glabra.

Caulis herbaceus, ramosus, diffusus, erectiusculus, striatus, glaber.

Rami inordinati, divergentes, debiles, patentés.

Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, acuminata integra, nervosa, avenia, glabra, subsucculenta (Chenopodii,) saturate viridia.

Pedunculi terminales l. laterales, foliis oppositi, distachyi.

Racemi filiformes, erectiusculi, floribus approximatis, subsecundis, breviter pedicellatis, minutissimis, viridi-albis. *Petioli* uniflori.

Braeae lanceolatae, hyalinae, ad basin pedicellorum.

Perianthium 5-phyllum. *Foliola* oblonga, persistencia.

Corolla nulla.

Filamenta 5 filiformia, receptaculo inserta, longitudine calycis. *Antherae* subglobosae didymae.

Germen superum, basi attenuatum, subglobosum, muricatum. *Styli* 2. brevissimi, divaricati crassiusculi. *Stigmata* simplicia, acuta.

Drupa sicca, magnitudine sem. Sinapios, — superficie alveolis minutissimis marginibus echinatis tecta. *Nux* nigra, subrotunda, nitens.

Vel si mavis: *Semen* cortice coriaceo echinato indutum.

aculeata. CELTIS, foliis cordato-ovatis, apice obtusis subintegris glaberrimis, ramis aculeatis. *Prodr.* p. 53.

Rhamnus iguaneus aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. LINN. *syst. veg.* 196. JACQ. *amer.* 74. n. 1.

Incolit fruteta montosa *Jamaicae*, *Hispaniolae*. h.

Arbuseula et Frutex.

Rami longi, teretes, reclinati; *ramulis* alternis subdistichis, leviter flexuosis, glabris, aculeatis.

Aculei solitarii, rarius gemini, prope exitum ramulorum et petiolorum, breves, recurvi, acutissimi.

Folia petiolata, alterna, cordato-ovata, rarius angustiora, vix acuminata, apice plerumque obtuso, levissime dentato-ferrata, 2-3-pollicaria, fere disticha, nervis tribus evidentioribus, venosa, utrinque glabra. *Petioli* teretes, semipollicares.

Racemi axillares, longitudine petiolorum, solitarii, bini ternique, multiflori.

Flores parvi, brevissime pedicellati, polygami; *masculi* inferiores in racemis, plures, *Hermaphrodito* solitario terminali majori.

Masculi:

Calyx 5 - phyllus; *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, pallide viridibus. *Petala* nulla. *Nectaria* nulla.

Filamenta 5. subulata, patentia. *Antherae* ovatae 3 - gonae, ante explicationem floris in concavitate foliolor. calycis inclusae, dein elastice erumpentes.

Rudimentum Styli subulati in medio floris.

Hermaphroditus:

Calyx 5 - phyllus. *Foliola* ovata, acuminata, concava. *Petala* nulla.

Filamenta 5. calyce 3 - plo longiora, initio foliolis perianthii occultata, tandem erumpentia. *Antherae* ovatae, trigonae, fertiles.

Germen ovatum calyce majus, apice divisum in *Stylos* 2. divaricatos; *Stigmatibus* bifidis patulis, acutis.

Drupa ovata, coronata stylis emarcidis, magnitudine pisi, glabra, matura flavescens, succosa, 1 - sperma.

Nux rugosa, dura, intus alba, unilocularis.

micran- CELTIS, foliis oblique cordatis ova-
thus. to - lanceolatis ferrulatis, superne
 scabriusculis. *Prodr.* p. 53.

Rhamnus micranthus. LINN. *amoen.*
acad. 5. n. 395.

Rhamnus an Zizyphus? arborescens, fo-
 liis oblongo - ovatis hirsutis et leni-
 ter ferratis. BROWN., *jam.* 173.
 t. 12. f. 2.

Muntingia folio corni, fructu minore.
 PLUM. *gen.* 41. *ic.* 206. f. 1.

Habitat in frutetis montium *Jamaicae.* h.

Arbor et Arbuscula.

Truncus erectus, laevis, ramosus: *Ramis* longis,
 reclinatis, virgatis, scabriusculis.

Folia petiolata, alterna, disticha, deflexa, basi
 oblique cordata, ovato - lato - lanceolata, acu-
 minata, minutissime denticulata, l. ferrulata,
 nervosa, venosa, scabra; semipedalia.

Petioli breves, teretes, striati, scabri.

Stipulae parvae, lanceolatae, ad basin petio-
 lorum utrinque deciduae.

Racemi axillares, vix petiolis longiores, compo-
 siti, multiflori.

Flores minuti pedicellati monoici, masculi et feminei mixti in eodem racemo; *bracteolis* minutissimis acutis sub floribus.

MASC. *Calyx* 5-partitus ad basin: *Laciniis* lanceolatis, concavis, pubescentibus. *Corolla* nulla.

Filamenta 5. latiuscula sub laciniis calycinis recondita tandem eriguntur, calyce vix longiora. *Antherae* 3-gonae, 3-valves.

Rudimentum Pistilli: *Germen* oblongum absque *Stylo* et *Stigmate*.

FEM. *Calyx* ad basin 5-partitus: *Laciniae* lineares, acutae.

Corolla nulla. *Stam.* nulla.

Germen ovatum. *Styli* duo, breves, villosi. *Stigmata* simplicia.

Drupa oblonga, minuta, succosa, monosperma. *Nux* minuta, 1-locularis.

OBS. Vulgo *Bass Cedar* Jamaicensibus.

C. orientalis huic in multis assimilatur, sed differt:

Foliis longioribus superne scabris, nec subtus incano-tomentosis — et margine ferrulato.

Lima. CELTIS, foliis oblique cordatis, ovato-lanceolatis acuminatis ferratis, superne scaberrimis. *Prodrom.* p. 53.

Loti arboris angusto folio baccifera.
SLOAN. *hist.* 2. p. 80.

Muntingia folio ulmi aspero. *PLUM.*
gen. p. 47.?

Habitat in collibus aridis *Indiae occidentalis.* h.

Arbor.

Truncus 15 - 16 - pedalis, laevis.

Rami ramulique patentes, rigidi, teretes, ferrugineo-villosiusculi.

Folia petiolata, alterna, ovato-lanceolata, acuminata, ferrata, basi oblique cordata, superne retrorsum exasperata, scaberrima, atro-virentia, subtus pallidiora l. ferrugineo-pubescentia, 4 - 6 - pollicaria, nervosa: nervis 3. ad apicem a basi fere extensis, venosa, venis transversalibus reticulatis.

Petioli foliis octuplo breviores, vix semunciales.

Racemi parvi, longitudine petiolorum, axillares, subdivisi, pauciflori. *Flores* minuti, monoici, interdum dioici.

♂. *Calyx* 5-phyllus minutus, pallidus. *Cor.* nulla.

Filamenta 5. foliol. calyc. vix longiora.

♀. *Calyx* 5-partitus, patens.

Germen ovatum. *Styli* duo, breves, reflexi, villosi, albi. *Stigmata* simplicia.

Drupa minuta, ovata l. subrotunda, monosperma, coccinea.

Nux capituli aciculae magnitudine nigra, 1-ocularis.

OBS. C. *Micrantha* simillima, sed scabritie singulari et serraturis foliorum diversa.

R O C H E F O R T I A.

*Charakter generis*vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1740.*Charakter essentialis:**Fructus* bilocularis, polyspermus.*Corolla* infundibuliformis, fauce aperta.(Flores monopetali, inferi, inter *Schreberam* et *Steridem*.)*Calyx* 5-partitus.*Corolla* infundibuliformis, fauce aperta.*Peric.* biloculare, polyspermum.*Locus:* post *Schreberam*.*Ordo nat.* XLIII. *Dumosae*.*Juss. fam. plant.* Cl. XIV. Ord. XIII. *Rhamnii*.

ROCHEFORT, Peregrinator celebris in Antillas ineunte sec. 17mo, et Auctor libri sub titulo: *Histoire naturelle et morale des Isles antilles de l'Amerique*. Rotterdam 1639. dein alibi recusi, plures observationes ad Historiam naturalem spectantes, continentis.

Tab. X. *Rochefortiae:*

a. Flos. m. n. b. Idem. m. a. c. Cor. a

calyce separata cum germine stylisque duobus.

d. Fructus. m. n. e. Idem sectus bilocularis. m. n.

f. Figura seminum.

cuneata. ROCHEFORTIA, foliis cuneiformibus obovatis integris. *Prodrom.*
p. 54.

Incolit saxosa arida montosa Jamaicae. h.

Frutex 3-4-pedalis, caule ramoso, erecto, inermiti.

Rami subdivisi, flexuosi, teretes, spinosi, laeviusculi, cortice cinereo.

Spinae prope exitum petiolorum, solitariae, porrectae, petiolis 3-plo breviores.

Folia fasciculata, l. 3, rarius plura, alternatim conferta, petiolata, cuneata, obovata, integra, subinde apice emarginata, utrinque glabra, obscure nitentia, fusco-viridia, subtus pallidiora, leviter nervosa, rigidiuscula.

Petioli breves.

Pedunculi plerumque terminales, axillares, subdichotomi conferti cymosi, foliis breviores.

Flores parvi, virescentes l. albidi.

Calyx monophyllus, 5-partitus: *Laciniis* ovatis obtusis erectis, pubescentibus.

Corolla tubulata. *Tubo* brevi 5-gono; *Limbo* 5-partito: *Laciniis* ovatis oblongis, patentibus.

Filamenta 5. fauci corollae ad sinus inserta, subulata. *Antherae* oblongae.

Germen superum, subrotundum compressiusculum, villosum. *Styli* 2. filamentis breviores subulati, villosi. *Stigmata* villosa, subplumosa.

Pericarpium subglobosum, biloculare. (Immatu-
rum visum).

Semina nonnulla, angulata.

ovata. ROCHEFORTIA, foliis ovatis emarginatis. *Prodr.* p. 54.

Habitat in *Jamaicae* frutetis lapidosis. h.

Arbuscula.

Rami teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna, ovata apice emarginata, integra, villosiuscula, nervosa, venosa, pollicaria.

Petioli foliis 5-es breviores, multiflori; *floribus* geminatis.

Calyx ad basin 5-partitus: *Laciniis* ovatis, sesquilinearibus, margine villosis, erectis, incumbentibus.

Corollae Tubus campanulatus, apertus, longitudine calycis; *Limbo* 5-partito: *Laciniis* oblongis, obtusis, tubo paulo longioribus.

Filamenta fauci corollae inserta subulata, laciniis breviora. *Antherae* oblongae, magnae, subincumbentes.

Germen subrotundum, compressum, glabrum. *Styli* duo, conico-subulati, parum divaricati. *Stigmata* acuta.

Peric. immaturum, biloculare.

D I C H O N D R A.

Charaeter generis

vid. FORST. *Gen.* 20. SCHREB. *Gen. plant.*
n. 457. et p. 825.

*Charaet. essentialis:**Capsulae* duae, monospermae.*Corolla* rotata, 5-partita.(Flores monopetali, inferi: pone *Hydroleam.*)*Calyx* 5-partitus.*Corolla* rotata, 5-partita.*Capsulae* duae.*Locus:* inter *Namam* et *Hydroleam.**Ordo nat.* XXIV. *Campanaceae*, inter *Evolvolum*
et *Convolvulum.**Juss. fam. plant.* Cl. VIII. Ord. X. *Convolvuli* II.
non *Borragineae* II.

Nomen alii speciei ex Nova Zelandia dederunt
Cel. FORSTERI, ex dis geminus et χορδος
granum, quia duo granula cuilibet flori succe-
dunt. *Char. gen. pl.* p. 40.

Tab. XI. *Dichondrae:*

a. Pars plantae flores fructusque gerentis. m. a.

b. Calyx. m. a. c. Flos. m. a.

d. Corolla rotata. m. a. e. Stamen. m. a.

f. Pistillum. m. a. g. Capsula calyci insidentes. m. a.

h. Semen. m. n. i. Idem. m. a.

sericea. DICHONDRA, foliis subtus sericeis. *Prodr.* p. 54.

Provenit in aridis montium altissimorum *Liguaneae*, *Jamaicae australis*, repens. h.

Radices filiformes, albidae.

Caulis herbaceus, filiformis, subdivisus, repens, foliosus, pubescens.

Folia petiolata, alterna, cordato-subrotunda, apice vix emarginata, semiuncialia integra, nervosa, venosa, supra pubescentia, subtus argenteo-sericea, nitentia. *Nervi* radicati.

Petioli foliis fere longiores, teretes, pubescentes.

Pedunculi petiolis duplo longiores, filiformes, axillares, solitarii, adscendentes, uniflori. *Flores* parvi.

Calyx 5-phyllus. *Foliola* obovata, integra, corolla majora, patentia, persistentia, intus pubescentia extus sericea.

Corolla subrotata infera: *Tubo* vix ullo. *Limbus* 5-partitus, patens, calyce minor: *Laciniae* ovatae, acutae, integrae, albae, striis duabus purpureis notatae.

Filamenta 5. corolla breviora, fundo prope divisuras inserta, subulata. *Antherae* subrotundae, purpureae.

Germen subrotundum, bifidum, hirsutum, sericeum. *Styli* duo, longitudine flaminum, basi contigui. *Stigmata* capitata, subrotunda, lutea.

Capsulae geminae, subrotundae, sericeae, monospermae, magnitudine feminis Brassicae.

Semina oblonga, solitaria, nitida.

OB5. Floret toto anno.

▲ *Dichondra repente* FORST. quae *Sibthorpidia evolvulacea* LINN. certe diversa foliis subtus argenteo-sericeis; cultura etiam magis nitentiora evadunt.

trigyna. HYDROLEA, spinosa, foliis oblongis hirsutis, floribus trigynis axillaribus. *Prodr.* p. 54.

Campanula americana spinosa et hirsuta, flore patulo et sessili caeruleo. HOUST. *Mscr.*

Habitat prope *Veram Crucem Americae meridionalis*. HOUSTON. h.

Frutex.

Rami hirsuti.

Folia alterna, subsessilia, interdum approximata unde fere opposita, oblonga acutiuscula, integra, pilosa.

Spinae supraaxillares, solitariae, subulatae, rectae, semunciales, patentés.

Flores axillares, plerumque solitarii, pedunculati. Pedunculi pilosi, 2-3-lineares.

Calyx 5-partitus, persistens, pilosus. Laciniis lanceolatis, 4. lineas longis.

Corolla caerulea, rotata. Tubus brevis. Limbus 5-fidus, patens: Laciniis ovatis, acutiusculis, calyce paulo brevioribus.

Filamenta 5 corolla paulo breviora, subulata, basi dilatata, tubo inferne adnata. Antherae li.

neari - lanceolatae, basi 2 - partitae, tandem re-
volutae.

Germen superum, ovatum, glabrum. *Styli* 3 fi-
lifformes, corollae longitudine, persistentes. *Sti-
gmata* simplicia.

Capsula subrotunda, membranacea, glabra, ma-
gnitudine pisi mediocris, 3 - locularis, 3 - val-
vis.

Semina numerosissima oblonga, glabra, ferrugi-
nea, parva.

hirsuta. HYDROCOTYLE, hirsuta, foliis reniformibus lobatis crenatis, floribus verticillatis: verticillis quadrifloris. *Prodr.* p. 54.

Occurrit in sylvis montosis *Hispaniolae*, in humidis umbrosis.

Radiculae capillares, albae.

Caulis herbaceus, repens, filiformis, radicans, teres, glaber.

Folia petiolata, ad interstitia caulis radicans aliquot conferta, cordato-reniformia, obtuse 5-f. 7-lobata: lobis crenatis, horizontalia, nervosa, venosa, hirsuta.

Petioli erecti, longi, caule multo crassiores, teretes, hirsuti.

Stipulae oblongae, parvae, ad basin petiolorum.

Pedunculi axillares, solitarii, erecti, petiolis longiores, multiflori, hirsuti.

Flores subspicati, verticillati: *Verticillis* quadrifloris, numerosis, approximatis, *floribus* viridibus, minutis.

Foliolum lineare obtusum unicuique flori subiectum, nec germine longius, hirsutiusculum.

Hirsuties

Hirsuties totius plantae rara, albidá.

Corolla 5-partita, patens: *Lacinis* acutis.

Filamenta 5. longitudine corollae, patentia. *Antherae* subrotundae, flavae.

Germen inferum; subdidymum, compressum. *Styli* duo, e medio annuli carnosí apicis geminis, longitudine flaminum, crassi, patentes: *Stigmata* obtusa.

Pericarpium *Germen* didymum paulo increfcentis; corolla marcescente, stylisque coronatum, striatum, rugosum, subhirtum, includens *Semen*.

Obs: Floret Junio et Julio:

attenuata. PANAX, foliis ternatis quinatisve,
ta. foliolis ovatis attenuatis crenatis,
 caudice arborecente. *Prodr.* p. 54.

Habitat in monte *la Souffriere Guade-*
loupe insulae *Indiae occidentalis*, nec
 non in ins. *St. Christophori*. 4.

Arbuscula.

Rami teretes, glabri; inermes,

Folia sparsa, alterna, petiolata, 5-nata l. rarius
 ternata.

Petioli communes teretes, glabri, foliis longiores,
 pedales, basi vaginantes: *Vaginae* semiample-
 xicaules, intra petioli basin superne liberae
 acuminatae.

Foliola petiolellata, lato-ovata, apice longissi-
 me attenuata, margine crenulata, crenis re-
 motis, plana, nervosa, venosa, utrinque
 glaberrima, subtus pallidiora; rigidiuscula.

Petiolelli 1-2 unciales, laeves.

Umbellae terminales, 5-partitae, compositae: *Pe-*
dunculo communi brevissimo; *Partiales* longis-
 simi, racemorum instar; pedicellis numerosis,
 subverticillati l. sparsi, *umbellulis* terminati 8-
 10-radiatis.

Pedicelli ultimi semipollicares, uniflori.

Involucrum universale vix ullum, sed *foliola* minuta, acuta sub divisura pedicellorum, decidua.

Partiale minutissimum 5-dentatum.

Flores Hermaphroditi, omnes fertiles.

Calyx urceolatus, 5-dentatus. *Dentes* minutissimi.

Petala ovata, acuta, caduca.

Filamenta 5. margine calycis inserta. *Antherae* ovatae, didymae, luteae.

Germen inferum, compressum. *Stylus* brevis, crassiusculus, longitudine staminum, apice bifidus, rarius 3-fidus. *Stigmata* simplicia, brevissima.

Fructus (Bacca?) calyce coronatus, subrotundus, compressus, glaber, 2-ocularis.

Semina solitaria.

Obs. Fructus rarius 3-ocularis invenitur, Folia etiam rarissime septenata.

P. arboreae LINN. *suppl.* p. 441. maxime ad finis.

TRIGYNIA.

villo- VIBURNUM, foliis integerrimis
sum. ovatis, subtus incano-villosis. *Pro-*
drom. p. 54.

Habitat in montibus *Jamaicae austr-*
lioris. h.

Frutex orgyialis, ramosus, cortice cinereo.
Rami teretes, incani.

Folia petiolata, opposita, ovata, acuta, integerrima, supra glabriuscula, subtus incano-villosa.
Petioli mediocres, 4-quetri canaliculati incani.
Incanescentia ex villis stellatis congestis.

Cymae terminales, compositae, 6-radiatae, 3-pliciter subdivisae.

Pedunculi communes longitudine foliorum, solitarii, erecti, incani. — *Partiales* (radii) pollicares, angulati, 3 goni; tertiae subdivisionis, floribus pedicellatis; *pedicellis* unifloris.

Corollae albae.

Calyx minutissimus, 5-fidus, ferrugineo-villosus.

Corolla 5-partita: *Lacinis* subrotundis, patentibus.

Filamenta 5. corolla longiora. *Antherae* subrotundae.

Germen inferum, villosum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, obtusa.

Bacca ovata, obliqua, calyce latere coronata, monosperma.

Semen obliquum — an duo abortientia?

OBS. Floret autumnno.

occiden- STAPHYLEA, foliis duplicato - pin-
 talis. natis; capsulis trigonis, feminibus
 solitariis; caule arboreo. *Prodr.*
 p. 55.

Pruno forte affinis arbor, folio alato,
 flore herbaceo pentapetalo racemo-
 so. SLOAN. *hist.* 2. t. 220. f. 1.

Arbor Jamaicensis fraxini alatis foliis,
 floribus 5 - petalis corymbosis. PLUK.
alm. p. 45. *phyt.* t. 269. f. 1.

Habitat in *Jamaicae* campestribus mon-
 tium. h.

Arbor 20 - 30 - pedalis; *Trunco* laevi, inermi.

Rami teretes, laeviusculi, nitidi.

Folia petiolata, duplicato - pinnata, alterna.

Pinnae 2 - 3 - jugae cum terminali impari pe-
 tiolatae, ovatae, acuminatae, ferratae, gla-
 brae, nitidae.

Petioli universales et partiales teretiusculi, glabri.

Stipulae geminae inter pinnas, minutae, in-
 curvae.

Paniculae terminales, erectae, laxiusculae: *Ra-*
mis oppositis decussatis; *Pedicelli* triflori.

Flores albi, odori.

Calyx 5-phyllus. *Foliola* subrotunda concava, colorata; duo interiora magnitudine petalorum.

Petala 5. oblonga erecta, apice conniventia. *Nectarium* in fundo corollae, concavo - urceolatum 5-gonum germen cingens.

Filamenta 5. basi dilatata, angulis nectarii inserta, erecta, longitudine corollae. *Antherae* simplices.

Germen 3-gonum, 3-partitum. *Styli* tres, simplices. *Stigmata* obtusa, contigua.

Capsula trigona, magnitudine Cerasi, glabra nec inflata, 3-locularis.

Semina solitaria, oblonga.

OBS. Floret Vere et Autumno.

spathu- PHARNACEVM, pedunculis sub-
latum. umbellatis radicalibus; foliis spathu-
latis.

Alsine auriculæ ursi foliis. PLUM.
cat. 7. ic. 21. f. 1.

Alsini affinis, foliis bellidis minoris,
caule nudo. SLOAN. cat. 87. hist. 1.
p. 203. t. 129. f. 2.

Incolit glareosa, et arida sabulosa Ja-
maicae. ☉.

Radix filiformis, simplex, teres, descendens.

Folia omnia radicalia, petiolata, basi longius at-
tenuata, cuneata, superne rotundata l. spathu-
lata, integerrima, uncialia, nervosa, venosa,
utrinque glabra.

Petioli longiusculi a foliis utroque latere de-
currentibus.

Pedunculi plures, radicales, adsurgentes, semipe-
dales, basi teretes, superne angulati, filifor-
mes, supra dimidium umbellatim dispositi, ra-
mulis pluries subdivisis, divaricatis, patentibus,
tandem capillaribus.

Squamulae duae minutissimae, membranaceae
ad subdivisiones pedunculorum. *Flores* mi-
nutissimi, distincti, albidi.

Calyx 5 - phyllus. *Foliola* ovata, 3. paulo majora; ovata concava tenera, intus nivea, extus tribus nervis viridibus longitudinaliter notata, marcescentia, post florem persistens, majora, viridia.

Corolla nulla. *Nectarium* nullum.

Filamenta longitudine fere calycis, subulata, erecta, germiini contigua. *Antherae* subdidymae, rotundae, albiae.

Germen subrotundum, obtuse trigonum. *Styli* tres subulati, albidi, breves. *Stigmata* simplicia, acuta.

Capsulae capitis aciculae magnitudine ovata, trigona, trifurca, trilocularis, trivalvis, polysperma.

Semina unoquoque loculamento 5 - 6 subrotundo-compressa, fusco-brunnea, punctis lineisque elevatis pulchre rugulosa.

terna- ZANTHOXYLUM, inerme, foliis
tum. ternatis, foliolis obovatis subemarginatis, nitidis, subtus punctatis.

Fagara trifoliata. Prodr. p. 33.

Habitat in insula *Dominica* Americes,
(Mus. BANKS.)

Frutex orgyialis, ramosus, inermis, cortice cinereo.

Rami subdivisi, teretiusculi, ramulis angulatis.

Folia ternata, petiolata, alterna:

Petioli teretiusculi patuli, superne sulcati, glabri.

Foliola petiolulata, obovata, integra, apice emarginata, basi angustiora, venosa, subtus atro-punctulata, glabra, superne nitida subtus pallidiora, rigida.

Racemi axillares, compositi, ramulis alternis, pedicellis bifidis.

Flores parvi, albidi.

Calyx tripartitus: *Laciniis* subrotundis, patentibus.

Petala

Stam.

Germina tria contigua, quasi unicum trilobum:

Styli nulli. *Stigmata* tria sessilia.

Capsulae tres, subrotundae uniloculares utrinque leviter carinatae, bivalves: *Valvulis* semiorbicularibus, aliis interioribus, membranaceis, albidis.

Semina solitaria, subrotunda, nitida.

Obs. Hanc et tres sequentes ad *Zanthoxylum*, *Fagarae* maxime affine, potius retuli ob *Germina* plura contigua, fructusque majorem similitudinem.

ZANTHOXYLUM trifoliatum LINN. *sp. pl.*
ad *Panaces* vel *Aralias* referendum esse videtur.

emarginatum. ZANTHOXYLUM, inerme; foliis pinnatis, foliolis ovatis emarginatis venosis, floribus triandris.

Fagara emarginata. Prodr. p. 33.

Lauro affinis terebinthi folio alato, ligno odorato candido. SLOAN. *bist.* 2. p. 24. tab. 168. fig. 4.

Habitat in montibus *Jamaicae interioris.* h.

Arbuscula vel *Frutex.*

Caulis inermis, ramosus, teres: *ramis* inermibus, patentibus, teretibus, cortice fusco.

Folia pinnata: *petiolis* alternis 2 - 3 - pollicaribus, angulatis, patentibus, glabris.

Foliola 2 - 3 juga rarius cum impari ovata l. oblonga, petiolulata, margine integra, apice emarginata, utrinque glabra, supra nitida venosa, subtus pallida, subcoriacea.

Petioli *partiales*, breves.

Racemi terminales, subcompositi, erecti: *pedicellis* trifidis.

Flores minuti, albidi.

Calyx 5 - partitus: *Laciniis* ovatis acutis, persistentibus.

Corolla tripetala. *Petala* calyce duplo majora, ovata, concava, patentia.

Filamenta 3. brevissima, erecta. *Antherae* ovatae.

Germen trilobum, apice trifidum. *Styli* nulli. *Stigmata* tria obtusa.

Capsulae tres, (duae plerumque abortiunt,) uniloculares, bivalves: *Valvulis* semiovatis leviter carinatis; duabus alteris interioribus membranaceis.

Semen orbiculatum, nigrum, nitidum.

Obs. Vulgo appellatur Jamaicae *Lignum rosum*; corrupte a *Ligno Rhodio*, cui odore multum assimilantur omnes partes fruticis l. fricatae l. igni admotae.

Planta, ut videtur, a BROWNEO confusa cum *Amyride* l. *Hist. jam.* p. 208, quam paucis, nec mihi, in solo natali observare contigit.

Spinosum: ZANTHOXYLUM, spinosum, foliis pinnatis sessilibus ovatis acuminatis, subtus ramisque spinosis; floribus triandris.

Fagara spinosa. Prodr. p. 33.

Habitat in aridis montosis Jamaicae. h.

Frutex suborgyialis.

Caulis teres, ramosus, erectus, spinosus.

Rami teretes spinosi, cortice rimoso fusco.

Spinae sparsae, aciculares, unguiculares, exstantes. *Caulis* validiores, basi crassiores.

Folia pinnata, *petiolis* pedalis, compressis, basi teretibus, spinosis; spinis geminatis ante petiolos.

Foliola subsessilia, 8 - 10 - juga, ovata, breviter acuminata, apice extimo emarginata, margine subtilissime crenulato; venosa, rigida, utrinque glabra nitida, nervo medio interdum spinoso.

Cymae terminales, *floribus* confertis, minutis, albis.

Calyx trifidus: *Laciniis* ovatis, acutis.

Petala 3. calyce majora, ovata, patentia.

Filamenta vix ulla. *Antherae* ovatae, conniventes.

Germen 3-lobum, 3-fidum. *Styli* 0. *Stigmata* 3. obtusa.

Fructus

acumi- ZANTHOXYLVUM, inerme, foliis
natum. pinnatis, foliolis integris ellipticis
 acuminatis nitidis coriaceis; floribus
 triandris.

Fagara acuminata. Prodr. p. 33.

Incolit montosa Jamaicae. h.

Arbuscula.

Caulis Ramique inermes.

Ramuli patentes, teretes, fusci.

Folia pinnata; *petiolis* angulatis, glabris.

Foliola 3-4-juga, petiolulata, ovata acuminata, patentia, integra, leviter nervosa, venosa, utrinque nitida, laurina.

Petioluli brevissimi.

Cymae terminales, *ramulis* patentibus dichotome subdivisis; *floribus* confertis pedicellatis, parvis, albidis.

Calyx triphyllus; *foliola* ovata, minuta.

Petala 3. ovata, obtusa, concava, sesquilinearis:

Filamenta 3. receptaculo inserta, subulata, petalis breviora. *Antherae* ovatae, magnae, erectae.

Germen 3-lobum. *Styli* . . . *Stigmata* . . .

Fructus globosus, magnitudine piperis, unilocularis monospermus.

• OBS. *Pericarpium* immaturum semel tantum vidi; plura tamen contigna esse, caeteris praeter unicum abortientibus, a germine trilobo et analogia congenerum conjicere licet.

TETRAGYNIA.

sericeus. EVOLVOLS, foliis lanceolatis sessilibus subtus sericeis, pedunculis brevibus unifloris. *Prodr.* p. 55.

Convolvulus erectus herbaceus subhirsutus, foliis linearibus, pedunculis brevibus. BROWN. *jam.* p. 153. n. 3: tab. 10. f. 3.

Provenit in sabulosis aridis *Jamaicae*:

Radix filiformis.

Caules herbacei, filiformes, procumbentes, simpliciusculi, l. simpliciter subdivisi, teretes, glabri l. pubescentes, semipedales.

Folia brevissime petiolata l. sessilia, alterna lanceolata acuta integra, erectiuscula, trinervia, magis minusve pubescentia, subtus albo sericea.

Flores axillares, brevissime pedunculati, solitarii, albi.

Calyx 5-partitus: *Laciniis* lanceolatis acutis, apicibus recurvis extus sericeis, persistentibus.

Corolla Tubo brevi; *Limbo* patente 5-partito: *Laciniis* acutis;

Filamenta e basi tubi. *Antherae* subrotundae, caeruleae.

Germen subrotundum, sericeum. *Styli* duo, filiformes, staminibus longiores, ad medium bipartiti. *Stigmata* obtusa.

Capsula subrotunda, calyci insidens, sericea, bilocularis polysperma.

Semina subrotunda, parva, fusca.

o b s. Versus finem anni floret et fructificat.

Simillimus *E. linifolio* L., sed bene distinguitur: *Pedunculis* brevissimis unifloris, nec ut in illo elongatis 3-floris bracteatis.

H E X A N D R I A .

M O N O G Y N I A .

P I T C A I R N I A . L' H E R I T .

Hepetis. *Prodr.* p. 56.*Charaeter generis*L'HERIT. *fert. angl.* 7. t. II. SCHREB. *Gen. plant.* II. 1741. (*Hepetis.*)*Charaeter essentialis :**Corolla* tripetala. *Calyx* tripartitus, semisuperus.*Capsula* trilocularis: loculis distinctis.(Flores calyculati calyce et corolla instructi
pone *Tillandsiam.*)*Calyx* 3 - partitus, semisuperus.*Corolla* tripetala. *Stigmata* 3. contorta.*Capsula* 3 - locularis: loculis introrsum dehiscentibus.*Semina* marginata.*Locus*: inter *Tillandsiam* et *Burmanniam*.*Ordo nat.* X. *Coronariae*, inter *Tillandsiam* et
*Burmanniam.**Juss.* *fam. plant.* Cl. III. *Ord.* V. *Bromeliae* 1.*Germ.* *supero.*

Microtea.

Tab. XII.



Pitcairnia



Nomen dedit Cel. L'HERITIER, quod retinerunt Auctor Hort. kew. aliique.

Obs. Genus a congeneribus distinctum *Calyce* semisupero et *Capsula* loculis introrsum dehiscentibus.

Tab. XII. *Pitcairniae*:

- a. Flos. m. a.
 - b. Flos petalis staminibusque vi explicatis. m. n.
 - c. Petalum singulum squamula nectarii ad basin.
 - d. Pars superior styli stigmatibus contortis. m. a.
 - e. Capsula. m. n.
 - f. Capsula loculis introrsum dehiscentibus. m. n.
 - g. Capsula medio transverse secta. m. a.
 - h. Semina. m. n. i. — m. a.
-

bromeliae-PITCAIRNIA. L'HERIT. *sert.*
folia. *angl.* 7. tab. II.

P. bromeliaefolia, foliis ciliato-spinosis, pedunculis germinibusque glaberrimis. AITON. *kew.* I. p. 401. SCHNEEVOGT *icon. plant.* fasc. IV. t. XI.

Hepetis angustifolia. *Prodr.* p. 56.

Habitat in *Jamaicae* ad latera et praecipitia rupium umbrosa. 2.

Radix perennis, fibris filiformibus, longis, subdivisis.

Folia radicalia, numerosa, basi vaginantia, ensiformia longissima 3-4-pedalia, semiunciam lata, membranacea, viridia subglauca, laxa, margine ferrato-spinosa, spinis recurvis, nitentibus, nigris.

Scapus erectus, 2-pedalis et ultra, teres, bracteis vestitus lineari-lanceolatis, basi vaginantibus distantibus longis, superioribus rubro-l. miniato-coloratis, apice florifer, floribus pedunculatis.

Pedunculi sparsi, distantes, filiformes, nudi, glabri, sesquiunciales, subaequales, unitiori, bracteolis parvis membranaceis subjectis.

Calyx semisuperus, basi 3-gonus, ventricosus, glaber superne 3-partitus: *Laciniis* uncialibus, lanceolatis, acuminatis, erectis, margine membranaceis; persistentibus.

Corolla calyce duplo longior, 3-petala, initio basi contigua.

Petala linearia, lanceolata, subaequalia, sanguinea, venosa, convoluta, supra capsulam marcescentia.

Nectarium: *Squamulae* ad basin singuli petali, hyalinae, ovatae, apice truncatae, dorso petalo accretae, margine liberae.

Filamenta 6. lineari-filiformia, e basi corollae, longitudine petalorum, sanguinea, persistentia.

Antherae erectae lineari-hastatae, luteae.

Germen semiinferum, oblongum, utrinque attenuatum obtuse 3-quetrum. *Stylus* filiformis longitudine staminum, trifidus, incurvus. *Stigmata* 3. contorta (quasi simplex capitatum) rubra.

Capsula semiinfera, calyce adnato basi vestita, ovata, acuminata, triquetra, trilocularis: *loculis* subcylindricis acuminatis distinctis, intror-

sum dehiscentibus (quasi *Capsulae* tres connatae.)

Semina numerosa, minuta, cylindracea, brunnea altero margine apicibusque albo membranacea, subulata; columellae adfixa.

Obs. Floret media aestate.

Facile propagatur in Caldariis, surculis a radice separatis.

bracteata. BROMELIA, foliis ferrato-spinosis, bracteis ovato-lanceolatis; scapo elongato, racemo composito, racemulis subdivisis, floribus sessilibus. *Prodr.* p. 56.

Aloë americana, arboribus adnascens, foliis latis membranaceis, ad margines spinosis. *Houstr. reliq.* t. 16.

Provenit in rupestribus *Jamaicae* ad *Mosquito Shore*. (Houston.) 4.

Planta acaulis.

Folia bipedalia, 3-pollicaria lata, crassa; margine dentato-spinosa, erecta rigida, glabra.

Scapus erectus foliis fere longior, bracteis ovato-lanceolatis sparsis, membranaceis coccineo-coloratis, persistentibus marcescentibus.

Racemus terminalis, pedalis, compositus: racemulis sparsis, numerosis, subdivisis, patentibus, longis; floribus sessilibus distinctis, bracteis parvis subulatis subjectis.

Calyx superus, 3-partitus; *Laciniae* parvae, ovatae, obliquae, striatae, acumine aculeato subuncinato terminatae; persistentes.

Petala 3. lanceolata, obtusa marcescentia: *Squamulae* nectariferae ad basin.

Filamenta 6.

Stigma 3-partitum.

Bacca ovata, calyce persistente coronata, 3-locularis; polysperma.

Semina aliquot, parva, oblonga, compressa in quocunque loculamento.

panicu- BROMELIA, foliis ferrato - spino-
ligera. sis, bracteis lanceolatis, racemo
 composito, racemulis subdivisis,
 floribus pedunculatis. *Prodr.* p. 56.

Habitat in *India occidentali.* 24.

Folia radicalia, 2 - 3 - pedalia, lata, ferrato - spi-
 nosa, glabra, crassa, succulenta.

Spinae suberectae, breves, inferiores recurvae.

Scapus erectus, elongatus, pedalis et ultra, bra-
 cteatus.

Bracteae lato - lanceolatae, alternae, membra-
 naceae semipedales, coccineae.

Racemus compositus, 2 - pedalis, erectus, pruino-
 sus, *racemulis* subdivisis, patentibus.

Flores pedunculati, *pedunculis* pollicaribus, te-
 retibus, incanis - tomentosis.

Obs. Ulterius in posterum describendae sunt hae
 duae species.

*fascicu- TILLANDSIA, spicis lateralibus
lata.* distichis imbricatis, foliis lanceola-
to-subulatis erectis strictis. *Prodr.*
p. 56.

Habitat in arboribus *Jamaicae*, in fru-
tetis juxta littora maris. 4.

Parasitica: Radices filiformes, rigidae.

Caulis simplex 1-2-pedalis, foliosus.

Folia radicalia basi vaginantia, lata, concava,
versus apicem lanceolata convoluta-subulata,
erecta, stricta l. apice parum recurva, extus
pubescentia. — *Caulina* breviora, subimbricata,
ovata, in acumen longum subulatum termi-
nantia.

Spicae terminales et laterales, erectae, distichae,
alternae, ancipites, unciam latae, distiche
imbricatae *Braetis* l. spathis (*Glumae* LINN.)
imbricatis, equitantibus, ovatis acuminatis,
margine membranaceis, glabris.

Rachis triquetra. *Flores* solitarii, sessiles inter
spathas.

Perianthium tubulatum 3-gonum, l. postice bi-
carinatum apice 3-partitum, persistens; post

florem increfcit, capsulam cingit diphyllum:
Foliolo superiore bifido 2 - carinato; inferiore lanceolato convexo.

Petala et genitalia obfervare non licuit.

*Capsula oblonga, acuminata uncialis 3 - gona, 3 -
locularis, 3 - valvis. Valvulae rigidae intus
atrae.*

Semina pappofa. Pappus capillaris, fericeus.

OBS. Distincta a *Tillandfia polystachya* L., quae
dignofcitur: *Spicis fparfis (nec diftichis) an-
gustioribus, foliis reclinatis.*

nutans. TILLANDSIA, spicis subdivisis nutantibus, floribus distinctis ovatis; foliis ovato-lanceolatis membranaceis; caule subnudo. *Prodr.* p. 56.

Incolit ramos arborum in montibus *Jamaicae*. 4.

Planta parasitica, 1-2-pedalis.

Folia omnia radicalia, ovato-lanceolata, integra basi ventricosa, membranacea, longitudinaliter striata, lineata glabra, caule multo breviora, semipedalia.

Caulis l. potius *scapus* vaginatus subarticulatus, teres, laxis glaber.

Vaginae alternae, approximatae, ovato-lanceolatae, acuminatae, striatae, glabrae, membranaceae.

Spicae terminales, alternae, remotiusculae, nutantes *rachibus* angulatis; *floribus* ovatis sparsis, distinctis, approximatis, (nec imbricatis.)

Braetiae seu *Spathae* ovatae obtusae concavae membranaceae, rigidae, solitariae, flosculos includentes.

Calyx triphyllus. *Foliola* ovato-lanceolata, persistencia.

Petala tria, ovato-lanceolata, erecta, marcescentia, alba.

Filamenta 6. subulata e basi et longitudine petalorum, erecta. *Antherae* ovatae, basi 2-fidae subsagittatae.

Germen trigonum, acuminatum, glabrum. *Stylus* brevis, trigonus. *Stigmata* tria, simplicia.

Capsula subrotundo-ovata, acuminata, 3-gona, 3-carinata, 3-ocularis, trivalvis: *Valvulis* intus nigro nitentibus.

Semina numerosa, papposa. *Pappus* longissimus, ex albido nitens, sericeus.

flexuosa. TILLANDSIA, spicis laxis flexuosis, floribus distichis remotiusculis; foliis lanceolato-linearibus reclinatibus, caule apice subdiviso. . *Prodr.* P. 57.

Tillandsia tenuifolia, foliis lineari-subulatis integerrimis imbricatis, spica simplicia laxa. JACQ. *am.* p. 92. tab. 73.

Habitat supra ramos arborum seniorum in locis mari vicinis *Jamaicae*; in maritimis prope *Carthagenam* *Americae meridionalis*. JACQ.

Parasitica. Radices filiformes, longae, rigidae.

Folia plerumque radicalia, lanceolato-linearia, basi latiora, sessilia, ventricosa, amplectentia, margine integra, laxa, apice reclinata, striata, membranacea subtus viridi-exalbida, subtomentosa l. farinosa, ex squamis minutissimis peltatis medio excavatis, margine hyalino striato cinctis, oculo armato distinguendis.

Caulis l. *Scapus* foliis longior 2-3-pedalis laxis teres, vaginatus, vaginis alternis, lanceolatis, acutis, rubris: inferioribus in foliola linearia

definentibus; apice subdivisus, spicis terminatus.

Spicae duae l. tres, l. solitariae, longae, laxae, *racibus* triquetris flexuosis, *flosculis* alternis, distichis, remotiusculis;

Braeteis l. *spathis* monophyllis lanceolatis, concavis, striatis cinctis.

Calyx tripartitus, basi 3-gonus, persistens: *Laciniiis* erectis coloratis.

Petala tria linearia, calyce longiora, apice reflexa, coccinea l. caerulea.

Filamenta 6, alterna parum breviora, receptaculo inserta, filiformia, longitudine ferè petalorum. *Antherae* ovatae, basi bifidae, albidae.

Germen ovatum, trigonum. *Stylus* filiformis. *Stigma* trifidum.

Capsula elongata cylindracea acuminata, trigona, tricarinata, trilocularis, trivalvis; intus nitida nigra.

Semina papposa. *Pappus* capillaris, lutescens.

OBs. Diversissima a *T. tenuifolia* LINN. — *Re-nalmia* spica multiplici angustifolia PLUM. ic. 238. f. 2. cujus differentia specifica erit:

T. Spicis alternis imbricatis, floribus distichis; foliis lineari-filiformibus erectis, apice setaceis.

Caulis pedalis, simplex, vaginatus, foliosus.

Folia longitudine saepe caulis; radicalia et inferiora basi lata vaginata; supra basin attenuata, lineari-filiformia, carinata, convoluta, apice setacea, erecta, rigida. —

Caulina seu vaginae caulem arcte cingentes apice longissimo lineari-filiformi terminatae.

Spicae 3 vel 4 terminales, alternae, sessiles, subdistichae, unciales, lanceolatae, *flosculis* imbricatis, distichis. *Spathis* oblongis, obtusis. *Petala* caerulea.

Parasitica in arboribus *Antillarum*. 4.

setacea. TILLANDSIA, spica simplici, spat-
his distichis imbricatis, foliis linea-
ri-filiformibus reclinatis, glabris.

Crescit in arboribus *Jamaicae*. 4.

Parasitica.

Caulis pedalis et ultra, teres, suberectus, a radi-
ce usque ad spicam *vaginis* tectus alternis, sub-
imbricatis, basi lato-ovatis, apice attenuatis in
folia lineari-setacea.

Folia radicalia caulis fere longitudine basi vagi-
nantia, imbricata numerosa lineari-filiformia,
apice setacea, reclinata, subfarinosa (e squa-
mulis minutissimis) cinerea, rigida. *Vaginae*
parvae, seu ~~basis~~ foliorum tantum dilatata.

Spica terminalis, indivisa ovato-lanceolata, flo-
ribus alternis, distichis: *Spathis* imbricatis lato-
ovatis acuminatis membranaceis, subcoriaceis,
equitantibus.

Flores non vidi.

Capsula ovata, acuminata et *Semina* ut in conge-
neribus.

OBS. *T. tenuifoliae* L. assimilatur; sed omnino
distinguenda *foliis reclinatis* nec erectis, et
Spica simplici nec *Spicis pluribus alternis*.

pruino- TILLANDSIA, spica simplici, spathis imbricatis; foliis lanceolato-linearibus reclinatis spathisque squamuloso-tomentosis.

Incolit ramos vetustos arborum Jamaicae. 4.

Planta 2-3-pollicaris; ramis adnascens radicalibus filiformibus simplicibus rigidis crispis.

Caulis brevissimus, foliosus.

Folia radicalia basi vaginantia, vaginis latis ovatis ventricosis membranaceis striatis, lanceolato-linearibus marginibus convolutis, reclinata inferiorum versus flexa; tomentosa e squamis creberrimis subimbricatis, (nec adpressis,) lacris exalbidis micantibus, pruinae instar cooperta.

Caulina vaginata, imbricata, radicalibus aequalia et similia, vaginis amplexicaulibus nec basi ventricosis.

Spica terminalis, simplex pollicaris, ovata, acuta, floribus subdistichis, Spathis imbricatis ovatis acuminatis, undique squamuloso-tomentosis.

Petala spathis longiora, caerulea.

Capsula oblonga, acuminata, 3-quetra, glabra.

OBS. Non confundenda cum *T. recurvata* LINN. foliis linearibus subulatis, pedunculis radicalibus et Spathis 2-floris diversa.

canescens. TILLANDSIA, spicis subternis, foliis linearibus erectis caulem aequantibus incanis. *Prodr.* p. 57.

Viget in arboribus juxta littora maritima, *Jamaicae*. 4.

Planta subpedalis.

Radiculae breves, simplices, filiformes, crispae, fuscae.

Caulis vaginatus foliosus, indivisus.

Folia radicalia basi vaginata imbricata, linearia, erecta, longitudine plantae; exalbida l. incanescentia; rigida.

Vaginae latissimae ovatae concavae ventricosae, membranaceae.

Folia caulina vaginata, vaginis laxiusculis, linearia - acuta.

Spicae terminales, plerumque ternae, approximatae, sessiles ovatae acutae, compressiusculae, subdistichae: *Floribus* distichis; *Spathis* ovato-lanceolatis, imbricatis, equitantibus, glabris.

Petala longa, rubra.

Capsula oblonga, acuminata, 3-gona; *Spatha* involuta.

Obs. Diversa a *T. polystachya* L. cui proxima; illa vero differt: *Caule* antiore; *Foliis* reclinatorum, flexuosis, glabris; *Spicis* pluribus, lanceolatis, sparsis.

*angusti-*TILLANDSIA, spicis fasciculatis,
folia. foliis lineari-lanceolatis suberectis
 glabris caulem superantibus. *Prodr.*
 p. 57.

Habitat cum praecedentibus in trun-
 cis et ramis arborum *Jamaicae* et
Hispaniolae. 4.

Planta 2-pedalis.

Caulis suberectus, simplex, vaginatus, foliosus.

Folia radicalia et *caulina* imbricata basi vaginan-
 tia lata, superne lanceolata, apice linearia ere-
 ctiuscula, striata, glabra, tota planta longio-
 ra, stricta.

Vaginae radicales latiores, subventricosae.

Spicae plurimae, sparsae, subfasciculatae, alternae,
 vaginis foliaceis interstinctae, subimbricatae
 compressae, lanceolatae sesquipollicares, mul-
 tiflorae.

Flores distichi; *Spathis* imbricatis, equitantibus,
 ovatis, acuminatis, carinatis, striatis, glabris.

Capsulae elongatae, acuminatae, 3-quetrae, gla-
 brae, *spathas* superantes.

OBS. Probe distinguenda a *T. polystachya*, foliis
 caule longioribus, erectioribus, *Spicis*, *vagi-
 nis* foliaceis interstinctis.

monan- TRADESCANTIA, diffusa, foliis
dra. ovatis acuminatis, pedunculis axil-
 laribus multifloris, floribus monan-
 dris. *Prodr.* p. 57.

Habitat in nemorosis montium *Hispa-*
niolae occidentalis. ☉.

Radiculae filiformes, capillaresque, longissimae,
 albidae.

Caulis herbaceus, adscendens, geniculatus, radi-
 culas exserens, semipedalis, diffusus, ramosus,
 laxis, teres, pellucidus, glaber, maculatus.

Rami erectiusculi, laxi, teretes, maculosi.

Folia subpetiolata, alterna, ovato-subrotunda,
 acuta, integra, tenuissima, longitudinaliter,
 sed subtilissime, nervosa, glaberrima.

Petioli (basis folii attenuata) vaginati: *Vaginis*
 brevibus cucullatis l. a caule distantibus,
 membranaceis, albidis, margine hirtis l. ci-
 liatis.

Pedunculi axillares, praesertim e vaginis foliorum
 terminalium, foliis saepe longiores, laxi; flo-
 ribus umbellulatis.

Umbellulae parvae 8-10 florae: *Involucellis* l. *bracteolis* 3-4-phyllis: *foliolis* minutis, ovatis, acutis, albidis, villosis.

Pedicelli pedunculo breviores; capillares, pubescentes, uniflori.

Flores minuti, albidi.

Calyx triphyllus: *foliolis* lanceolatis, concavis, post florescentiam erectis, persistentibus, hirtis.

Petala 3. lanceolata, fol. calyc. dimidio minorā, patentia, albida diaphana, caduca.

Filamentum unicum, filiforme, longitudine petalorum. *Antbera* subrotunda, didyma, lutea.

Germen subrotundo-trigonum. *Stylus* brevissimus, crassus, diaphanus. *Stigma* villosum. (forte tria.)

Capsula subrotundo-3-gona, retusa, (magnitud. sem. sinapios) 3-locularis, 3-valvis, *loculis* dispermis.

Semina subrotunda, nitida.

OBS. Floret Jun. — Mart.

multi- TRADESCANTIA, erecta, ramo-
flora. sa, foliis cordatis margine vaginis-
que ciliatis; pedunculis confertis
axillaribus, floribus triandris. *Prodr.*
P. 57.

Provenit in umbrosis sylvaticis mon-
tium *Jamaicae*.

Planta 1 - 2 - pedalis.

Caulis herbaceus, ramosus l. subdivisus, erectus,
subarticulatus, teres, striatus, glaber.

Rami e vaginis foliorum, breviusculi, erecti.

Folia alterna, sessilia, basi vaginantia, cordato-
ovata acuta, pollicaria, nervis longitudinali-
bus, substriata, utrinque glabra, margine sub-
ciliata.

Vaginae breves, subcylindricae l. ovatae, sub-
ventricosae, membranaceae, striatae, margi-
ne ciliatae.

Pedunculi axillares e vaginis foliorum termina-
lium 2 - 3 conferti, foliis fere breviores, erecti,
multiflori, hirti.

Flores 10 - 12 umbellulati, pedicellati, parvi.
Pedicelli inaequales, pedunculis breviores.

Braçteolae aliquot ciliatae ad basin pedicello-
rum.

Calyx 3 - phyllus. *Foliola* ovata, acuta, conca-
va, fusco - viridia, pubescentia, persistencia.

Petala 3. calyce minora l. aequalia ovata, paten-
tia, alba, caduca.

Filamenta 3. petalis breviora. *Antherae* cordatae.

Germen subrotundum, trigonum. *Stylus* crassus,
brevissimus. *Stigmata* 3. albo - villosa.

Capsula subrotunda, acuminata, calyci persisten-
ti infidens, trilocularis, trivalvis.

Semina solitaria? subrotunda, compressiuscula,
umbilicata, excavato - punctata, nigra.

cordi- folia. TRADESCANTIA, repens, filiformis, foliis cordatis; pedunculis terminalibus solitariis multifloris.
Prodr. p. 57.

Incolit loca umbrosa graminosa humida, in montibus altis *Jamaicae*. ☉.

Planta herbacea, pusilla,

Radiculae capillares, numerosae, albae.

Caulis filiformis, tenellus, subdivisus, repens, vaginatus, basi geniculatus, teres, succulentus.

Ramuli breves, sub vaginis foliorum exeuntes, depressi, ascendentes, radicantes.

Folia subsessilia, basi vaginantia, alterna, parva, cordato - ovata, acumine brevissimo, integra, enervia, reticulato - venosa, laete virentia, subdiaphana.

Vaginae breves, caulem cingentes, fauce ciliatae.

Pedunculi terminales, solitarii, foliis longiores, erecti, apice floriferi: *Floribus* 3 - 5 minutis, pedicellis brevibus, confertis, umbellulatis, *bracteis* 2 - 3 minutissimis ovatis margine ciliatis basi subjectis.

Pedicelli post florescentiam deflexi.

Genitalia vix nisi oculis armatis discernenda.

Calyx 3 - phyllus, patens. *Foliola* ovata concava, pubescentia, viridia, basi fusca, persistencia.

Petala tria, fol. calycis majora, cordato - ovata acuta, patentia, alba, caduca.

Nectaria nulla.

Filamenta 6. brevissima, erecta, capillaria, uniformia, basi nuda, nec pilosa. *Antherae* didymae, pellucidae: loculis subrotundis.

Germen subrotundum, 3 - gonum, pellucidum.

Stylus crassiusculus, longitudine staminum.

Stigma subcapitatum, 3 - fidum, pubescens.

Capsula 3 - gona², 3 - locularis, 3 - valvis ex apice dehiscens. *Loculi* dispermi.

Semina subrotunda.

Obs. Autumno floret.

Callisiam LOEFLINGII sive *Hapalanthum* JACQUINI multum refert. Illud genus, sicut haec planta, ut et duae praecedentes *T. monandra* et *multiflora*, corpusculis sic dictis *nectariis* destitutum est; sed *Callisia* *Capsula biloculari* etiam differt a congeneribus. *Villi articulati filamentorum*

generis *Tradescantiae* pariter in omnibus desunt. Hujus vero generis omnes mihi sunt ob corollam aequalem et calycem persistentem, potius quam *Commelinae*, quae quidem *Tradescantiae* nimis affinis est, forsitan tamen jure eam separandam esse judico, — licet ad eandem classem amandanda sit, — caractere sequenti essentiali:

Petala 6. 3 exteriora subcalycina. *Filamenta* inaequalia. *Antherae* tres cruciformes.

Locus post *Tradescantiam*. *Flores* plerisque spathacei.

OBS. *Nectaria* Linn. vera stamina sunt, *Antheris* difformibus polline foetis, secundum observationes Ill. SCHMIDELII: *Ic. pl. t. XXX.*

Tradescantiae character erit:

Calyx triphyllus. *Corolla* tripetala. *Filamenta* aequalia.

Villi filamentorum in aliquot speciebus desunt, sufficientem ideo non praebent notam characteristicam.

Huic generi tandem adjungenda est *Callisia repens* LINN., quae *Capsula biloculari* distinguitur. Sed ob Stigma trifidum, a LOEFLINGIO observatum, loculamentum tertium abortire suspicor, quod in *Commelina communi* etiam mihi visum est. Determinanda igitur:

TRADESCANTIA *Callisia*: repens, foliis cordato-ovatis, floribus sessilibus axillaribus confertis, capsula biloculari.

Zano- **TRADESCANTIA**, erecta foliis
nia. lato - lanceolatis, pedunculis latera-
libus solitariis medio geniculatis,
multifloris; bracteis geminis. *Prodr.*
P. 57.

Zanonia graminea, perfoliata. **PLUM.**
gen. 38.

Periclymenum rectum herbaceum, gen-
tiana folio, folii pediculo caulem
ambiente. **SLOAN.** *jam.* 115. *hist.* 1.
p. 243. t. 147. f. 1.

Commelina erecta major simplex; flori-
bus conglomeratis pedunculo lon-
giori insidentibus. **BROWN.** *jam.*
125. n. 1.

Commelina Zanonia. **LINN.**

Habitat in nemoribus montium *Jamai-*
cae australis. 2.

Planta herbacea, 2 - pedalis.

Caulis erectus, simplex, geniculatus, teres, vagi-
natus inferne subnudus, glaber, succulentus.

Folia subsessilia, basi attenuata, vaginantia, alter-
na, lato - lanceolata, acuminata, integra, lon-

gitudinaliter nervosa, superne glabra, subtus pubescentia l. villosa; fere pedalia. *Vaginae* ovatae, semipollicares, a caule distantes, membranaceae, nervosae, marcescentes, margine hirsutae, ciliatae.

Pedunculi laterales oppositifolii solitarii, teretes, elongati, longitudine foliorum, basi vagina propria cincti cucullata, membranacea, retusa; medio geniculati, (geniculo vaginato vagina acuminata,) multiflori.

Flores terminales, 6 - 8, brevissime pedicellati; *pedicelli* conferti incrassati, inaequales; sensim eriguntur florentes, efflorati reflectuntur. Sub pedicellis insidet

Involucrum diphyllum l. *Braeae* geminae, oppositae, ovatae acuminatae integrae, nervosae, reflexae, glabrae.

Calyx suburceolatus, ad basin trifidus: *Foliola* ovata, acuta, concava, corollam includentia, persistens.

Petala tria, foliolis calycis parum majora, ovata acuta, erecta, margine undulata, alba l. hyalina.

Filamenta 6. erecta, longitudine petalorum, medio villosa; aequalia. *Antberae* geminae, 3-gonae, uniformes.

Germen oblongum, trigonum, medio calycis infidens. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* capitatum, 3 - fidum.

Capsula baccata, oblonga, trigona trilocularis, matura atro - purpurascens, oblique pedicello infidens.

OBS. Mensibus vernalibus floret.

discolor. TRADESCANTIA, acaulis, laevis, foliis lanceolatis subtus coloratis, bracteis equitantibus compressis.

Tradescantia discolor. SMITH *ic. rar. pict.* 2. t. 10. figura splendidissima. L'HERIT. *sert. angl.* 8. tab. 12. AITON. *b. kew.* 1. p. 403.

T. spatheacea, acaulis, foliis sessilibus, scapis radicalibus. *Prodr.* p. 57.

Habitat in *America meridionali*. E terris sinui Mexicano adjacentibus in *Jamaicam* allata. 4.

Radix perennis, carnosa, radiculis verticillatis, filiformibus.

Folia radicalia, basi equitantia, caulem quasi crassum brevissimum supra radicem formantia, superne patentia, lato-lanceolata, pedalia, integra, crassiuscula, utrinque glabra, lineata l. subcanaliculata, viridia, subtus, imprimis infra margines, laete purpurea.

Scapi axillares, 2-pollicares, simplices l. rarius 2-fidi, solitarii, compressi, glabri: *Bracteae* spathaceae, glabrae, lineatae, purpurascens,

nitidae: inferiores 2-3-parvae, alternae, vaginantes; binae terminales maxime naviculares, cordato-ovatae equitantes; aliae interiores parvae membranaceae, exalbido-purpureae.

Flores plurimi inter bracteas terminales, bracteo-
lis interioribus interstincti, albidi, pedicellati:
Pedicellis simplicibus bracteis fere brevioribus,
teretibus, apice incrassatis, unifloris, sensim
se erigentibus, defloratis incurvis.

Calyx 3-phyllus. *Foliola* aequalia ovato-lanceo-
lata concava, patentia, pallide rubra, subpellucida.

Petala 3. foliolis calycis parum majora et alter-
na, aequalia, cordato-ovata, patentia, alba,
marcescentia.

Filamenta 6. alterna vix breviora, longitudine pe-
talorum, filiformia, a basi a medium pilis te-
cta albidis, pellucidis, articulatis. *Antherae*
verticales, obcordatae, fulvae.

Germen ovatum, 3-gonum, glabrum. *Stylus*
erectus, longitud. staminum; teres. *Stigma*
obtusum, glabrum.

Capsula ovata, 3-gona, magnitud. piperis mino-
ris, glabra, 3-locularis, 3-valvis, apice dehi-
scens: valvulis reflexis, rubris.

Semina bina, subrotundo-reniformia.

o b s. Floret toto anno, imprimis horis matutinis.

PONTE.

azurea. PONTEDERIA, foliis subrotundo-
ellipticis, basi petiolisque incrassa-
tis; floribus spicatis. *Prodr.* p. 57.

Pontederia, aquatica caulescens, foliis
majoribus orbiculatis. BROWN.
jam. 195. n. 1.

Habitat in fossis *Jamaicae*; Paroeciae
Westmoreland — ad *Ferry Jamaicae*
australis. 2.

Planta acaulis, aquatica.

Radix geniculata, ad genicula fibrillosa. *Fibrae*
capillares, longae, albidae.

Folia petiolata, radicalia, semipedalia, subrotun-
da, basi in petiolum incrassatum attenuata, api-
ce acuminata, integra, margine undulata, stria-
ta, avenia, enervia, glabra.

Petioli incrassati, suberosi, foliis longiores, te-
retes, glabri, basi vaginantes, medio e vagi-
na laterali scapum proferentes.

Scapus brevis; *Spicis* terminalibus, laxis, paten-
tibus, multifloris: *Floribus* alternis approxima-
tis, quibus subjecta

Spatha communis ovato - cordata, obtusa, aperta, multiflora.

Per. nullum.

Corolla hypocrateriformis, 6 - fida, (post efflorescentiam 6 - partibilis,) subregularis, caerulea: *Laciniae* tres quasi exteriores, punctatae, subhirtae; media superior, latior, ovata.

Filamenta 6. *Antherae* incumbentes, basi hastatae.

Germen triquetrum. *Stylus* staminibus longior. *Stigma* incrassatum.

Capsula desideratur.

OBS. *Pontederiae cordatae* L. quodammodo similis, sed illa distinctissima *Foliis cordatis* etc.

limosa. PONTEDERIA, foliis cordato-ovatis; scapis lateralibus unifloris, floribus triandris. *Prodr.* p. 57.

Nymphaeae affinis planta palustris aquatica, flore hexapetalo, stellato, caeruleo. SLOAN. *jam. hist.* I. t. 149. f. 1.

Provenit ad ripas limosas fluviorum Jamaicae, Hispaniolae. 4.

Planta 2 - 3 - pollicaris.

Radices geniculatae, longae, ad genicula fibrae capillares, albidae, aggregatae.

Folia radicalia, petiolata, ovata, basi emarginata, vix cordata, integra, glabra, enervia, pollicaria.

Petioli basi vaginantes, foliis longiores, fistulosi, teretes, glabri, ex quibus e rima l. vagina laterali exit

Scapus pollicaris, teres, nudus, uniflorus.

Spatha lanceolata, univalvis, uniflora.

Corolla caerulea. *Tubus* angustus cylindricus, spatha inclusus. *Limbus* aequalis, 6 partitus: *Lacinis* lanceolatis: 3 superioribus concoloribus caeruleis; 3 interioribus macula lutea in basi prope faucem notata.

Filamenta tria faucibus tubi inserta, brevia. *Antherae* sagittatae, erectae, caeruleae, supra tubum.

Germen oblongum, cylindricum. *Stylus* erectus, longitudine tubi flaminumque. *Stigmata* 6. linearia villosa.

Capsula elongata, teres, acuminata, intra spatham, 3-locularis, 3-valvis, 3-fulcata.

Semina plurima, minuta, subrotunda, fusca.

Obs. Species distinctissima Scapo et Spatha unifloris.

Thrinax.



Hedwigia.



T H R I N A X.

Character generis

vid. SCHREB. *Gen. plant.* n. 1686.

Character essentialis:

Calyx 6 - dentatus.

Stigma infundibuliforme, obliquum.

Bacca monosperma, nuda.

(Flores incompleti.)

Calyx 6 - dentatus. *Corolla* nulla.

Stigma infundibuliforme. *Bacca* 1 - sperma.

Locus pone *Calamum*.

Ordo nat. I. *Palmae* α, inter *Borassum* et *Corypham*.

Juss. fam. plant. Cl. III. Ord. I. II.

Nomen Generi imposuit *Carolus a LINNE' fil.*

OBS. A *Corypha*, cui maxime affinis, absentia corollae praecipue differt; *Stylo* autem *simplici* et *pericarpio nudo* a fructificatione *Calami* diversa. An *Sabal ADANSONII* hujus loci?

Tab. XIII. *Thrinacis:*

- a. Flos. m. n. b. — m. a. c. Calyx. m. a.
 d. Stamen. m. a. e. Pistillum calyci insidens. m. a.
 f. Pistillum, magis auctum. g. Fructus. m. n.
 h. — m. a. i. Fructus transverse lectus monospermus.
 k. Nucleus. m. n. l. Idem intus visus.

parvi- THRINAX. *Prodr.* p. 57. AITON.
flora. *Hort. kew.* 3. p. 473.

Corypha palmacea, foliis flabelliformibus cum appendicula ad imum, petiolis tenuioribus flexilibus compressis. BROWN. *jam.* 190.

Habitat in maritimis et aridis *Jamaicae*, *Hispaniolae*. h.

Caudex 10 - 20 - pedalis, basi tumidus, inermis .

.

Fronde terminales, palmatae plicatae, uni - l. bipedales: *Lacinis* lanceolatis, nervosis, lineatis, rigidis, subaequalibus.

Stipites foliis longiores, tereti - compressi glabri, flexiles, inermes.

Spathe

Spathix terminalis, erectiuscula 2 - 3 - pedalis, paniculata ramosa: *Ramis* alternis, subdivisis patentibus.

Ramulis (spicis) decussatis oppositis l. ternis.

Flores pedicellati, oppositi l. ternati rachi insidentes, parvi, Hermaphroditi.

Calyx minutissimus 6 - dentatus: *dentibus* erectis.

Corolla nulla.

Filamenta 6. brevia, filiformia, basi germinis intra calycem adfidentia. *Antherae* magnae, lineari-oblongae, erectae, apice et basi bifidae, luteae.

Germen ovatum, calyce basi inclusum. *Stylus* crassiusculus, brevis. *Stigma* subinfundibuliforme, obliquum, unilabiatum, lacinia dilatata erecta, subgibba, margine crenulata. *Stigma* rarius bilabiatum.

Bacca subrotunda, pisi minoris magnitudine, nuda, 1-sperma, subexsucca.

Nucleus solitarius, nauco osseo fragili tectus, intus albus, medio ruber.

Obs. *Palmeto Royal* 1. *Palmeto Thatch* nuncupatur *Jamaicensibus*.

Palma Brasiliiana prunisera folio plicatili flagelliformi, caudice squamato SLOAN. *Cat.* 178. *Hist.* 2. n. 121. tab. 213. f. 2. a BROWNEO ad Corypham suam allegata, aegre huc referri potest; SLOANENS enim fructus descripsit obliuaeformis etc.

fusifor- COCOS, aculeato-spinosa, caudice
mis. fusiformi, frondibus pennatis, stipi-
tibus spathisque spinosis.

Cocos aculeata. *Prodr.* p. 151. exclu-
so *synon.* JACQ. — AITON. *Hort.*
kew. 3. n. 476.

Palma tota spinosa major, fructu pru-
niformi. SLOAN. *Cat.* 177. *hist.* 2.
p. 119. GISEKE *Ord. nat.* p. 107.
n. 7.

Palma primis et caudice ubique acu-
leatissimis, fructu majusculo. BROWN.
jam. 344. n. 7.

Habitat passim in campis *Jamaicae, Hi-*
spaniolae. h.

Caudex 10 - 30 - pedalis, crassitie variante, erectus,
teres, infra medium l. versus basin attenuatus,
fusiformis, spinosus.

Spinae numerosae, in caudice verticillatae, ap-
proximatae, unciales, horizontaliter porre-
ctae angulatae, acutissimae, aculeorum instar
hystericis, nigrae.

Fronde terminales pennatifoliae, patulae.

Pinnae lineares, distichae, alternae, approximatae, pedales, striatae, margine inermes.

Stipites spinosi

Spatha magna, bivalvis: *Valvulis* bipedalibus concavis, persistentibus, extus hirsuto-spinosis.

Spadix axillaris 2 - 3 - pedalis ramosus: *ramulis* simplicibus, numerosis, nutantibus, rigidis, obtuse trigonis l. angulatis.

Flores monoici, sessiles.

MASCULI plurimi, amentum tegentes, superiores, flavi, decidui.

Calyx 3 - phyllus, l. *squamulae* 3. minutissimae ad basin corollae, exalbidae.

Corolla 3 - partita, coriacea, obtuse trigona: *Laciniis* ovatis, acutis, concavis, erectis, apicibus dehiscentibus.

Filamenta 6. e basi corollae, triangulariter sita, erecta, subulata, longitudine corollae.

Antherae incumbentes, lineares.

Germen nullum. *Styli* tres, minuti in fundo floris.

FEMINEI inferiores ad basin ramulorum, solitarii, masculis duobus ad latera brevissime pedicellatis.

Calyx: *Squamae* 3. membranaceae, latiores, ad basin.

Petala tria, germen amplectentia, incumbentia, subrotunda, difformia, coriacea, persistentia.

Nectarium: margo luteus, membranaceus ad basin germinis.

Germen subrotundum, 3-gonum, ferrugineo-incanum. *Stylus* brevissimus, crassus, apice trifidus. *Stigmata* simplicia reflexa.

Drupa coriacea, oblonga, pruni majoris dom. magnitudine, obtuse trigona, 1-sperma, cortice cinereo-viridi, maculato.

Nux dura, nigra, nucleo albo. *Foramina* ad basin observare neglexi, an adsint.

OBs. Haec Palma est quam *Great Macaw-Tree* dicunt Nigritae Jamaicenses, seu *arborem spinis aculeisque armatam* (nomen quod etiam attribuitur aliis, nec non fruticibus, e. gr. spec. aculeatae *Solani*, *Macaw-bushes* dictae.)

Synonymon SLOANEI omnino huc pertinet, nec ad ELAIDA ubi a LINNAEO citatur, cujus vero rectius est illud SLOANEI: *Palma foliorum pediculis spinosis, fructu pruniformi luteo oleoso. Cat. 175. hist. 2. n. 113. tab. 214.* (figura in prodromo perperam allegata) quod praecise observavit Cel. GISEKE l. c. p. 100.

Cocon aculeatam JACQ. diversam esse speciem facile credo. Descriptio et figura minus conveniunt; nec omittere potuit Cel. Auctor *Hist. stirp. amer.* staturam peculiarem caudicis, quae infra medium est fusiformis.

occiden-? ELAIS, frondibus pinnatis, foli-
talis, olis vaginatis; stipitibus caudiceque
inermi.

Palma non spinosa, foliis minoribus,
fructu pruniformi minimo. SLOAN.
iam. 172. *Hist* 2. n. 118. GISEKE
Ord. nat. p. 100. n. 6.

Palma inermis, caudice erecto, pin-
nis amplexantibus subvaginatis, bac-
cis minoribus. BROWN. *jam.* p.
343. n. 6.

Habitat in depressis montium *Jamaicae*
interioris. h.

Caudex altus 50 - 60 pedalis, inermis, laevis . . .
Frondes pennatae, terminales, patentes 5 - 10 - peda-
les: foliolis lineari-lanceolatis, basi subvagi-
nantibus
Stipites basi amplexantes, inermes
Spatha universalis bivalvis
Spadix 2-pedalis, ramosus: ramulis simplicibus,
pedalibus, confertis, deflexis, squamulis adna-
tis numerosissimis adpressis, (*Spathae partiales*,)
intra quas flores prodeunt minuti, masculi et
feminei mixti,

MASC.

Calyx 6 - phyllus. *Foliola tria* inferiora minuta; *tria* superiora longitudine fere corollae, omnia basi connata, lanceolata, colorata.

Corolla infundibuliformis alba, *Limbo* sexfido.

Filamenta 6, brevissima subulata, laciniis corollae inserta. *Antherae* suberectae, cordatae.

Pistilli rudimentum.

FEMINEI in eadem spadice, sparsi.

Calyx 6 - phyllus. *Foliola* 3. inferiora, minuta, 3. superiora, colorata; squamulis spadiceis tecta.

Corolla infundibuliformis; *Limbo* contracta apice 6 - fida; tecta *Calyptra* membranacea, sub florescentiam subcircumscissa: dimidia parte intra calycem remanente, superiore decidente.

Filamenta nulla.

Germen cordatum, luteum. *Stylus* subulatus, erectus, corolla brevior. *Stigma* 3 - partitum.

Drupa ovalis, parva, subangulata, 1 - sperma.

Nux angulata *Nucleo* albo.

o b s. Palmam vulgo *Thatch* Jamaicenses appellant, cujus fructum adhuc immaturum observare mihi licuit, ideoque haesitabundus ad Genus ELAIDIS retuli; neque hanc palmam l. praecedentem plenius describere potui, adversariis deficientibus, cum pluribus aliis in procella terribili Jamaicam occidentalem 1785 devastante, deperditis.

Fronibus tecta tegunt Nigritae aliique.

montana PRINOS, foliis ovatis ferratis utrinque nitidis.

P. foliis ovatis margine ferratis, floribus hexandris, pedunculis axillaribus. *Prodr.* p. 58.

Habitat in frutetis montium altissimorum *Jamaicae*. h.

Arbor.

Truncus 20 - 30 - pedalis, cortice laevi, fusco.

Rami subdivisi, erectiusculi, teretes, glabri.

Folia petiolata, alterna ovata utrinque acuminata, apice subattenuata, toto margine ferrata: serraturis remotis acutis, nervosa, glabra, utroque latere nitida, sesquipollicaria, rigidiuscula, siccata livida atra.

Petioli breves, teretes, glabri.

Pedunculi axillares, solitarii, foliis breviores semunciales filiformes, compressiusculi triflori l. tripartiti: *pedicellis* unifloris. *Flores* parvi, albi.

Calyx 6 - fidus. *Laciniae* minutae, ovatae, convexae.

Corolla rotata: *Limbus* fere ad basin 6 - partitus: *Laciniis* ovato - lanceolatis, patentibus, apice reflexis.

Filamenta 6. brevia, inter divisuras corollae inserta, erecta. *Antherae* subrotundae, basi bifidae.

Germen subrotundum, superum. *Stylus* brevissimus, crassus, persistens. *Stigma* subcapitatum, depressum, margine revolutum, sub-6 fidum.

Bacca subrotunda, obtuse 6-gona, parva, stigmatate umbilicata, 6-ocularis, matura nigra.

Semina solitaria, oblonga, compressa, nitida, nigra.

OBS. Fruticem floribus onustum mense Augusto reperi, baccis maturis Decembri.

Simillima *Prino lucidae* AIT. Hort. kew. 2. p. 478. floribus et foliis; illius (*P. lucidae*) tamen apice tantum ferrata, subtus pallidiora et minus consistentia.

P. glabra L. distinguitur: foliis lanceolatis apice ferratis, utrinque glabris.

P. verticillata L. foliis lanceolato-ovatis, subtus pubescentibus, toto margine ferratis; pedunculis multifloris.

Sideroxyloides. PRINOS, foliis subrotundis integerrimis. *Prodr.* p. 58.

Habitat in *Caribaeis*; Insula *St. Christophori* (FAHLBERG); *Montserati Monte Sulphuris*. (du PONTHEU.) h.

Arbor. Lignum durum.

Rami subdivisi, teretes, cinerascenti cortice, inermes.

Folia petiolata, alterna, subrotunda-ovata apice obtusa, integerrima, nervosa, venosa, utrinque glabra, subtus pallidiora, subcoriacea.

Petoli breves.

Pedunculi axillares, petiolis longiores 4-8 conferti, uniflori.

Flores parvi, albidi.

Calyx minutus, monophyllus, 6-dentatus, persistens.

Corolla rotata, ad basin usque 6-partita ut fere 6-petala: *Laciniis* obovatis, patentibus, persistentibus, apicibus erectis.

Filamenta 6, basi corollae inserta, alternantia subulata, compressa. *Antherae* oblongae, incurvae.

Germen subrotundum, superum. *Stylus* nullus.

Stigma sessile, subcapitatum, 6-striatum.

Bacca subrotunda, stigmate persistente adpresso coronata.

Semina sex, oblonga, sulcata, arcte contigua.

Obs. Numerus subinde variat.

LORAN.

emargi- LORANTHVS, spicis axillaribus;
natus. foliis cuneato - ovatis emarginatis.

Prodr. p. 58.

Parasitica in arboribus montium *Hispaniolae*. h.

Caulis 1 - 2 - pedalis, subscandens, ramosus, laxus, teres, laevis.

Rami breves, oppositi, angulosi, glabri.

Folia petiolata, opposita, basi cuneata, obcordata l. obovata apice emarginata, enervia, subcoriacea, glabra. *Petioli* breves.

Spicae (l. racemi simplices) terminales, axillares oppositae, solitariae, simplices, 4 - gonae, erectae, longitudine foliorum; *floribus* subsessilibus, oppositis, minutis, vix apertis, purpurascens.

Calyx cyathiformis, tridentatus: *dentibus* brevissimis, ovatis, acutis.

Petala 6. lanceolata, 3 quasi interiora, breviora, decidua.

Filamenta 6. infra medium petalorum inserta, brevissima, purpurea. *Antherae* 3. acuminatae, steriles; 3. subrotundae, fertiles, sterilibus utroque latere excavatis semitectae.

R r

Germen subrotundum, superum. *Stylus* subulatus, longitudine petalorum. *Stigma* simplex, obtusum.

Bacca oblonga, calyci insidens, apice retusa, monosperma, nigra.

Semen hexagonum, oblongum.

*pauci-
florus.* LORANTHVS, racemis tripartitis
foliis brevioribus, foliis obovatis.

Prodr. p. 58.

Loranthus occidentalis. AUBL. *Guian.*
p. 310.

Parasita arborum Jamaicae interioris. h.

Frutex 1-2-pedalis, ramosus.

Rami patentés, teretes, glabri.

Folia petiolata, obovata l. subrotunda basi angustiora, opposita, patentia, venosa, utrinque glabra, fusco-viridia, exsiccata atra.

Petioli breves.

Racemi axillares, solitarii, foliis breviores, 3-partiti, floribus subsessilibus, decussatis.

Flores parvi, purpurei.

Calyx duplex: *inferus* indivisus concavus; *superus* margo germinis integer.

Petala 6, basi contigua, lanceolata.

Filamenta nulla. *Antherae* 6, ovatae, petalis insertae.

Stylus subulatus. *Stigma* obtusum.

Bacca monosperma.

OBS. Similis *L. occidentali*, sed illi racemi simplices, nec tripartiti.

L. occidentalem AUBL. esse, specimina ejus in *Mus. BANKS* indigitant.

*parvi-
folius.* LORANTHVS, pedunculis axillari-
bus trifidis, pedicellis unifloris, fo-
liis ovatis integris. *Prodr.* p. 58.

Habitat in altissimis montibus *Jamai-
cae* supra ramos arborum. h.

Caulis fruticosus, pedalis, ramosus, lævis.

Rami diffusi, suberecti, stricti, fragiles.

Folia petiolata, opposita, parva, basi attenuata,
ovata, integra, enervia, avenia, utrinque gla-
bra, tenuiora.

Pedunculi oppositi, axillares, foliis breviores,
apice 3-fidi: *pedicellis* brevibus, unifloris.

Calyx inferus, cyathiformis, tridentatus: *dentibus*
minutis erectis.

Petala 6. lanceolata, acuta, patentia, intus magis
colorata.

Filamenta 6, medio petalorum inserta, purpurea,
petalis breviora. *Antherae* 6. tres quasi inte-
riores subrotundae; tres exteriores 3-gonae,
loculamentis, lunulatis ad latera petalorum in-
clusae, rubrae.

Germen oblongum. *Stylus* erectus longitudine
petalorum. *Stigma* capitatum, luteum.

Bacca minuta, oblonga, calyci insidens, trunca-
ta, monosperma, nigra.

Obs. Distinguitur a *L. paucifloro* foliis semper
parvis, pedunculis trifidis nec racemosis etc.

tetrandra. HILLIA, corollis 4-fidis, laciniis ovatis; foliis obovatis. *Prodr.* p. 58.

Habitat in montibus altis *Jamaicae* inter radices frutetorum. h.

Frutex 3 - 4 - pedalis.

Radices repentes, subdivisi, filamenta longa exferentes. *Tubera* aliquot parva, subrotunda, carnosa, succulenta, ferrugineo - hirsuta, fibrillis adhaerentia.

Caulis ramosus, laxis, teres, glaber, fragilis cortice ex albido cinereo.

Rami subdivisi glabri, ex foliis deciduis quasi articulati; succulenti, fragiles, pallide virides.

Folia petiolata, opposita, basi cuneata, ovata rotundata, integra, vix nervosa, crassiuscula glaberrima, laete virentia.

Petioli breves, teretes, glabri.

Flores terminales et axillares, sessiles, solitarii, oppositi, erecti, flavo - albescentia.

Perianthium duplex; *superius* supera germen ad basin tubi, 4 - phyllum. *Foliola* cuneato - oblonga; duo persistentia; — *inferius* sub ger-

mine, 4-phyllum, deciduum: *duo foliola* cuneato-oblonga majora albida; *duo* minora, ovata.

Corolla Tubo unciali, aequali, subtetragono, versus limbum paulum ventricoso; *fauce* contracta.

Limbus 4-partitus, patens: *Laciniis* integris, ovatis, convexis.

Filamenta 4. infra faucem tubo inserta brevissimo.

Antherae oblongae, in fauce.

Germen inferum, oblongum, 4-gonum, glabrum.

Stylus longitudine dimidia tubi, contortus. *Stigmata* duo, crassa, virentia.

Capsula elongata, 4-gona, 8-fulcata, calycis foliolis coronata, bilocularis, bivalvis.

Semina numerosissima, basi acuminata, apice papposa: *receptaculo* lineari longitudinaliter adfixa.

Pappus capillaris.

Obs. Florentem vidi mense Augusto in eodem loco cum *Hillia longiflora*. *Obs. bot.* 135. t. V. f. 1., floribus odore *Nyctanthis* l. *Jasmini*.

rugosa. **GVETTARDA**, foliis subcordatis ovatis acutis scabris, subtus tomentosis; floribus hexandris. *Prodr.* p. 59.
V A H L. *symb.* 3. p. 50.

Crescit in Insulis Indiae occidentalis
Antigua, Dominica, (du PONTHEU)
Mus. **B A N K S.**

Arbor.

Rami subdivisi, alterni, erecti, teretes, e vestigiis petiolorum cicatricati.

Folia petiolata, plerumque terminalia, opposita, basi cordata, oblonga l. ovata, integra, subcoriacea rigida, nervosa, venosa, supra rugosa, punctis elevatis scabris, subtus hirsuto-tomentosa.

Petioli nervique postice hirsuti ferruginei.

Pedunculi terminales, foliis fere breviores, apice bipartiti subdichotomi, *ramis* devaricatis brevibus; *floribus* secundis approximatis, sessilibus, albis.

Calyx parvus monophyllus, tubulatus bifidus, hirsutus ferrugineus.

Corolla infundibuliformis, calyce longior: *Tubo* parum curvo cylindrico, extus hirsuto argenteo;

teo; *Limbo* 6 - partito: *Laciniis* obovatis patentibus.

Filamenta 6, summo tubo inserta. *Antherae* minutae.

Germen inferum. *Stylus* simplex, tubo longior. *Stigma* globosum, 2 - lobum.

Drupa subrotunda, purpurascens, vix coronata, 6 - sperma, pulpa carnosâ tectâ.

Obs. Distinguitur a *Guettarda speciosa* L.:

Statura minori.

Foliis oblongis, nec latis — superne asperis scabris, nec sericeis.

Floribus parvis, tubo brevi.

Drupis coccineis.

elliptica. G V E T T A R D A, foliis ellipticis
pubescentibus, floribus tetrandris.
Prodr. p. 59.

Provenit in *Jamaicae* campestribus
siccis. h.

Arbor viginti - pedalis.

Rami teretes, laeves.

Folia petiolata, opposita, in ramis junioribus saepe ternata, elliptica, obtusa, integerrima nervosa, valde venosa, glabriuscula, subtus pubescentia l. hirta, rigida.

Pedunculi axillari - terminales, foliis breviores, apice dichotomi. *Flores* sessiles, secundi, parvi, tetrandri.

Perianthium tubulatum, obtuse 4 - dentatum.

Corolla infundibuliformis. *Tubus* saepe pollicaris, sericeo - hirtus. *Limbus* 4 - partitus: *Lacinis* minutis, ovatis, patenti - reflexis.

Filamenta 4. apice tubi inserta, brevissima l. fere nulla. *Antberae* ovatae.

Germen ovatum, inferum. *Stylus* filiformis, bifidus. *Stigmata* simplicia, obtusa.

Drupa sicca, vix subrotunda, umbilicata, 4 - sperma.

membra-GVETTARDA, foliis ovatis acuminatis membranaceis subhispido-scabris, floribus tetrandris. *Prodr.* p. 59.

Habitat in frutetis montosis Hispaniolae. h.

Frutex vel *Arbuseula*.

Caulis crassitie pollicari, cortice scabro.

Rami subdivisi erecti, juniores tereti-compressi, scabri, hirsutiusculi.

Folia petiolata, opposita, membranacea, ovato-acuminata, integra, nervosa, subtilissime venosa, venis aculeato-hispidis (unde folia adhaerent more *Asperuginis*.)

Aculei curvi, minutissimi, in utraque pagina folii, vix nudo oculo discernendi.

Petioli longi, laxi, teretes, hirsutiusculi.

Stipulae oppositae, crassae, acuminatae, cauli adpressae.

Racemi terminales, l. *pedunculi* versus apices ramorum axillares, oppositi, longitudine petiolorum, erecti, dichotomi, patentés; *floribus* subsessilibus, erectis, secundis.

Perianthium tubulosum, superum, persistens; *Limbo* subtruncato l. subinde 2-fido.

Corolla infundibuliformis, albida. *Tubus* calyce longior, semi-pollicaris basi attenuatus, teres pubescens. *Limbus* 4-fidus: *Laciniis* parvis, oblongis, obtusis, convexis.

Filamenta 4. brevia infra faucem. *Antherae* luteae in fauce.

Germen subrotundum, pubescens. *Stylus* subulatus, tubo brevior. *Stigma* capitatum.

Drupa sicca, oblonga, pisi minoris magnitudinis, calyce persistente tubulato coronata, incana, 4-sperma.

Semina unilocularia.

o B s. A *G. elliptica* distinguitur *foliis* acuminatis, membranaceis, hispido-scabris.

TRIGYNIA.

oblongata. SMILAX, caule aculeato angulato, foliis oblongis acuminatis glabris trinerviis, nervis subtus aculeatis. *Prodr.* p. 59.

Provenit in frutetis Insularum Caribaearum; St. Vincentii. h.

Caulis frutescens, scandens, ramosus.

Rami subdivisi, divergentes, teretes, rigidi, aculeati; lineis elevatis decurrentibus inter aculeos.

Aculei validi, remoti, basi crassiores, porrecti.

Folia petiolata, alterna, oblonga, acuminata glabra, 3-nervia, venosa, integerrima, rigida, nervo medio subtus aculeato.

Petioli breves, basi vaginantes, carinati.

Umbellae florum pedunculatae, multiflorae.

Pedunculi petiolis breviores; *pedicellis* longitudine pedunculorum, unifloris.

Flores parvi viridiusculi, dioici.

Mares non observavi.

F E M.

Calyx 6-phyllus — *Cor.*

Bacca subrotunda, magnitudine Ribis nigri, nigro-caerulea.

ovata. RAJANIA, foliis ovatis acuminatis
trinerviis. *Prodr.* p. 59.

Incolit fruteta montium *Domingensium.*

h.

Caulis frutescens, volubilis, filiformis, subdivi-
sus, *ramis* filiformibus, foliosis glabris.

Folia petiolata, remotiuscula, basi ovata, acumi-
nata, integra, trinervia, venosa, utrinque gla-
bra.

Petioli saepe longitudine foliorum, teretes,
glabri.

Racemi axillares, plures, foliis longiores, filifor-
mes, subflexuosi, multiflori.

Flores dioici.

Mares: racemi compositi, racemulis alternis.

Feminae: racemi simplices, flosculis subsecun-
dis, pedicellatis.

Corollae minutissimae. *Masculorum* viridi-flave-
scentes. *Femin.* rubicundae.

Capsula alata, compressa: *ala* ovata subfalcata,
membranacea.

angusti- RAJANIA, foliis lineari-lanceolatis, basi rotundatis. *Prodr.* p. 59.

Habitat in aridissimis frutetis *Hispaniolae occidentalis*, in altis arboribus scandens. ☉.

Caulis filiformis, volubilis, laxis, teres, subdivisus, glaber.

Folia petiolata, alterna, lineari-lanceolata; basi rotundata subspithamaca, integra, 3-nervia, venosa, glabra.

Petioli tortuosi secundum flexuram caulis, glabri rubri.

Racemi axillares, filiformes, gemini, longitudine foliorum, penduli, multiflori, floribus polygamis minutissimis, subsessilibus, rubris: pedicellis alternis, secundis, 5-6 floris.

Braeteolae minutissimae, acutae, sanguineae sub floribus.

MASC. Calyx 1-phyllus, subcampanulatus 6-fidus: Laciniis erecto-patentibus, obtusis, rubro-coloratis.

Filamenta 6. brevissima. **Antherae** subsessiles, minutae, luteae triangulariter sitae (°°°).

HERMAPHROD. in distincto individuo:

Calyx ut in mare; superus.

Filamenta 6. *Antheris* foetis.

Germen inferum, trigonum, obliquum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, minuta.

Capsula monosperma, alata: *Ala* membranacea, oblonga, obliqua, magna.

o b s. Floret mense Majo, disseminat Julio.
